DIVINO ADSISTENTE NUMINE,
Magnifico Prudentum Aſtrææ Sacerdotum
CONSENSU,
IN ILLUSTRI ACADEMIA JENENSI,
SUB PRÆSIDIO
VIRI Magnifici, Nobiliſſimi, Excellentiſſimi atq; Conſultiſſimi,
DN. CHRISTOPHORI PHILIPPI
Richters / JCti & Anteceſſoris in hâc Salanâ Celebratiſſimi, Comitis Sacri Palatii Cæſarei, nec non Scabinatus & Facultatis ſuæ Ordinarii eminentiſſimi, Conſiliarii Saxon. Curiæque Provincialis Aſſeſſoris graviſſimi,
Dn. Promotoris mei Magni, & Doctoris ſummo obſequio perpetim proſequendi.

JUS DETRACTIONIS,

Das Recht des Abzugs (vulgò) Nachſtewer /
LOCO ET TEMPORE SOLITO
Palæſtricæ Themidos coronæ
P. P.
HEINRICUS GOTHOFREDUS Gundelfinger /
NÖRDLINGENSIS.
ad diem 15. menſis Januarii
A. O. R. M. DC. LXII.
Cic. ad Attic.
Vigilat, audet, nullum video finem mali.

JENÆ è Typographéo JOHANNIS NISII.

IN NOMINE DOMINI ET DEI NOSTRI JESU CHRISTI

ad omnia Conſilia omnesq; actus ſemper progredimur

FELICITER.

Imp. princ. l. 2. C. d. off. Præf. Prætor. African.

SECTIO,

PROLEGOMENA EXHIBENS,

Ejusdem

SUMMARIA

1. Pecunia rerum nervus.
2.3. adducuntur comparationes duæ.
4. Nihil tàm munitum, quod pecunia expugnari non poſſit.
5.6. Ærarii publici neceſſitas ejusq; utilitas.
7.8. Quibus modis Ærarium locupletatur & pecunia colligitur.
9. usq; ad 17. recenſentur modi Ærarium ditandi illiciti & irregulares.
18.19.20. Lupanaria, quæ juri divino & civili contrariantur, à nullo Magiſtratu Chriſtiano ſine læſione conſcientiæ tolerari poſſunt.
21. Ratio.
22. Conſiliarii quales eſſe debent.
23. JUS DETRACTIONIS rectè licitis vectigalibus annumeratur,
24. Uſu frequentia & quotidiana, plenius, perfectiusq; cognoſcenda.
25. Ordo ſemper in Diſputationibus obſervandus.
26. Quâ methodo noſtra Diſputatio tractatur.

Meritò † Ulpianus JCtus ille ante alios excel- 1
lens, poſt *Plutarch. in Cleom.* eleganter pecunias nervos Reipublicæ eſſe teſtatur *l. 1. §. in cauſa. 20. ff. de quæſtionib.* quicquid etiam ſagaciſſimus Machiavellus *lib. 2. c. 10. d. Republ. Roman.* & Andius ſine Bono (ita civem ſuum

 per

2 per anagramma laudat *Cujac.18.obſ.38.n.35.*) ogganniat. † Quem-
admodum enim Medici negant ſine nervis homines ambulare
poſſe: conſimili ratione Rempublicam ſine pecuniâ conſiſtere nō
3 poſſe, ſtatuimus: Et † veluti ventriculus cibo & potu carere ne-
quit, iisque deficientibus reliqua corporis membra elangueſcunt,
ac tandem corrupta moriuntur: ſic etiam Reſpublica, fulcra in
contributionibus h. e. pecuniam non habens, diu ſalva eſſe non
poteſt. *Waremund. ab* Ehrenberg *d. ſubſid. ac oner. Rerūpubl. c.18.*
Pecuniâ enim Imperii fines defenduntur, pauperes relevantur,
benè meriti remunerantur, atque ſine eâ Rempublicam perpetuò
vix ſtare & nihil rectè agi à prudentioribus creditum eſt. teſte *De-
moſthene*: δεῖ δὴ χρημάτων, *(inquiens)* καὶ ἄνευ τούτων οὐδὲν ἐστι γίνεσθαι
τῶν δεόντων: *& Ariſtotel. lib. 7. Polit. c. 8.* τοὺς γὰρ κοινωνοῦντας ἐπὶ
χρημάτων τινὰ εὐπορίαν, ὅπως ἔχωσι καὶ πρὸς πολεμικάς.

Ad ſummam, quò Regnum pecunioſius, eò potentius. *An-
4 ton. de Quevar. Horolog. Princip. lib.1. c.14.* nihil † quippe tàm
munitum, quod pecunia expugnari non poſſit. *Cic. in Varr. pr.* ſi
5 modo via pateat aſellò, auro onuſto. *Id. ad Attic. c.13.* Quare †
non obiter laborandum eſt Principi, ut inſtructus ſit ampliſſimis
facultatibus, ad faciendos ſumtus, qui neceſſarii ſunt ad regen-
dum & judicandum; vel etiam ad belligerandum ſi neceſſe ſit,
atque adeò, ut nihil publicis aut privatis uſibus ſibi deſit. *Franc.
6 Burgersdicius Idea Doctor. Polit. c.12. n.1.* Hinc † etiam ſi quæ
ſunt bono Rerumpubl. neceſſaria multumque utilia, in his certò
locum ſibi vindicabit cura pecuniæ publicæ, Ærariique publici,
prout totam Reipublicæ ſalutem in eo non ſine laude ponit *Ar-
" nold. Clapmarius d. Arcan. Rerump. lib.5. c.12.* Nec enim aliter li-
" cet tueri Rempublicam niſi pientiſſimæ præſtationes importen-
" tur in publicum, ex quibus & limitares nutriuntur copiæ, ut reſi-
" ſtatur hoſtibus, ut per agros ac urbes agantur excubiæ, perfruan-
" tur item reliqui ordines attributis ſibi ſalariis, reparentur quoq;
" muri & urbes, denique omnia alia proveniant, quæ communem
" utilitatem ſubditorum concernunt. *Novell. 161. c.2. in fin.*

Quod cum maxima Ærarii p. neceſſitas, & præcipuum Poli-
7 tici muneris caput ſit Redituum cura: modos † Ærarium locu-
pletandi, ſi gentium mores intueamur, varios deprehendimus.

Arni-

Arniſæus † *lib.3. Doct. Polit. cap. ult.* & Hippolit. in Princip. 8
c.33. ſeptem adducunt. (1.) ex agricultura, (2.) ex hoſtium ſpoliis,
(3.) ex amicorum donationibus, (4.) ex ſociorum penſionibus. (5.)
ex mercaturâ. (6.) ex Tributis. denique (7.) ex vectigalibus. Quos
modos prolixè conſideravimus in Diſputatione noſtra de Æra-
rio, publicè Altdorffii habitâ, præſide *Viro Ampliſſimo & Excel-
lentiſſimo Dn. Felwingero P. P. ibid. longè celebratiſſimo, Patrono
gratâ memoriâ obſervant: devenerando. Th. 14. cum ſeqq.* Verùm hi
ſunt modi ſaltem illi generaliores & regulares, ſunt & alii ſpecia-
liores & irregulares, quos ſi omnes, qui apud Hiſtoricos & Poli-
ticos reperiuntur, conſectari velimus, Iliada poſt Homerum ſcri-
beremus, ſingulis enim ferè Regnis, Provinciis, imò Civitatibus
ſuus placet peculiaris: Multifarias quippe Conſiliarii commi-
niſcuntur technas, quibus PRINCIPI queant coacervare theſau-
ros: dum † unus, principi perſuadet, ut vectigal imponatur pro 9
urinâ, ceu tributum urinarium commentus eſt Veſpaſianus,
authore Sueton. in Veſp. c. 23. alter, † pro ſtercore *Lipſ. admirand.* 10
lib. 2. c. 6. vel pro fumo, fimo equino, prout idem Veſpaſianus ve-
ctigal impoſuit. † tertius, pro canibus, mulis, funeris transvecti- 11
one, *Tholoſ. lib. 3. c. 5. & c. 7. n. 10. in fin.* item † pro nive vendita. 12
Parlador i. rerum Quotidian. c. 3. §. 2. alii † denique pro umbra & 13
aëre, ſpirituque captando, *Cujac. 10. obſ. 7. Heig. l. 2. quæſt 40. n. 155.*
ſine † quibus tamen vita humana ſuſtentari nequit. *Magnif. Dn.* 14
Carpzov. ad L. R. Germ. c. 8. ſect. 2. n. 2. aut certè iis, queîs † alma 15
Naturæ benignitas noſtram ultro indigentiam ſublevavit, *Wen-
delinus Polit. lib. 2. cap. 24. th. 23.* Nec † ſilentio involendus eſt 16
minus honeſtè ille modus pecuniam colligendi, qui è lupanari-
bus, & quæſtu meretricum percipitur, Hurentribut / qualis
† ſub Caligula. *Sueton. in Calig. c. 40.* & Severo olim in uſu fuit, 17
Clapmar. d. Arcan. Rerump. lib. 4. c. 19. hodieque † in Italia fre- 18
quentatur. *Vid.* Schönborn. *3. polit. 15.* Was ſie viel Milch/
Zinß eintragen. *Dn. Carpz. ad L. R. Germ. c. 8. ſect. 2. n. 6.* Sed 19
† quid impurius? hæc ſanè lupanaria à nullo Chriſtiano Magiſtra-„
tu, ſine læſione conſcientiæ tolerari poſſunt: In † his enim tur- 20
pitudo omnium eſt turpiſſima, corruptela juventutis, morum, „

 civita-

„civitatis depravatio, corporis tormentum, animæ perditio. Schönborn *3. Polit. 23.* Dubitan? age, audi *Juvenalem ſat. 6.*

Ah Venus ad nutum trahis omnia, ſeu magis urges.
Tu fera, tu cæca es, tu taci janua Lethi:
Corpora tu maculas, tu animas in tartara mergis.

21 Et † cum mandato Dei graviter adverſentur, *Kubach Cent. Quæſtion. Jurid. Polit. 2. Dec. 2. quæſt. 8.* atque adaugeatur potiùs quam minuatur Civitas delictis carnis, toleratis inibi publicis meretricibus & fornicariis. Ritzel *Synopſ. matrim. c. 9. theor. 2.* inſuperque Imperatoria ſanctione prohibita ſint. *l. fin. C. d. ſpect. ſcenic. & leon.* meritò in benè conſtitutis Rebuspub. non toleranda, ſed omninò prohibenda. R A zu Franckf. *1548. Speidel. ſpecul. jurid. Polit. verb.* Hurer/Hurerey.

Ecquis verò non videt, hæc conſilia omnia Principi & inhoneſta eſſe & pernicioſa: Optandum igitur eſſet, ut tales Conſi-
22 liarii illud † Senecæ *de Vit. beat. c. 23.* perpetuò perpenderent.
„ Opes poſſideas, ſed nulli detractas, nec alieno ſanguine cruen-
„ tas, ſine cujusquam odio partas, ſine ſordidis quæſtibus, quorum
„ tàm honeſtus ſit exitus, quàm introitus: quibus nemo ingemi-
„ ſcat quam malignus. O Terque quaterque beatus Princeps: felix Reſpublica: ſi ejusmodi rebus futilibus, tributa ac collectas imponendo, dignitatem ſuam non fœdent, nec iſtis inutilibus, Ærarium augendo, auguſtum ſuum nomen, & munus proſtituant! Ita enim Cives exprimendi, ut ſuccus ſuperſit, quem hauriant; ita olera abſcindenda, ut radix maneat, ita pennæ incidendæ, ut renaſci queant. Inter omnes ſanè iſtos reditus, quibus vigor rerumpublicarum conſtat, vectigalium certè uſus longè eſt ampliſſimus. *Cic. pro L. Manil prout Ulpianus in l. inter publica. 17. §. 1. ff. d. V. S.* ſub vectigalium appellatione locat, præcipuos illos licitos apud Romanos reditus, qui percipiebatur & in uſum publicum influebant, etiam ex ſalinis, metallis, Piſcariis &c. de quibus aliisque huc pertinentibus vectigalium ſpeciebus omninò videndus eſt Cæſar Bullengerus *in accurat. tract. de Vectigal.*
23 *pop. Rom. c. 16. & ſeqq.* Quibus † licitis vectigalium generibus non immeritò aſſignamus Jus Detractionis: quod, cum hodiè paſſim in viridi obſervantiâ ſit, & in omnibus ferè locis

Ger-

Germaniæ receptum, teſtatur *Johann Cöppen. deciſ. 5. n. 1.* noſtræ verò legitimæ ſcientiæ magna lumina; Ulpianus *in l. 1. pr. ff. d. ſuſp. tutor.* & Paulus *in l. 25. ff. d. liberat. legat.* notatu dijudicant intimiùs inſpicere & ſcrutari ea penitus jubeant, quæ † uſu ſunt 24
frequentisſima, operæ pretium me facturum ratus ſum, ſi pro laborum ſpecimine, pagellis hiſce, hæc materia inſerviret, & ſi quicquid de hâc materia, hinc inde vel in textibus juris, vel in Doctorum ſcriniis reperiatur, in medium producerem, & ſi non illuſtrare, quod ob virium imbecillitatem deſpero, prudentioribus tamen illuminandum proponere conarer: Senſi quidem ab initio, quod viribus meis non ſit conveniens, ita ut ejus gravitas à labore me penè deterruiſſet, ſed cum perſpectum habeam, illud quandoq; videri grave, cujus pleniorem cognitionem quis nondum hauſit, itaque vires periclitare & pauca quædam pro ingenii tenelli modulo tradere ſtetit animus. Interea hoc Catone contenti ſimus, quin cogitemus illud vetus:

Ibant quo poterant, quo non poterant ibi ſtabant.

aut iſtud Varronis: Neque in bonâ ſegete nullum eſt ſpicum nequam, neque in malâ non aliquod bonum.

Quum † autem ordo qui cuncta diſponit. *Borcholt. de feud. in proem. n. 1.* 25
ſervari debeat, ne fœda confuſio rerum ſuboriatur. *l. 5. C. d. legit. tutel.* ac ſine methodo certâ nulla inſtitui poſſit diſſertatio, mihi quoque de hâc in præſentiarum tractaturo conveniet, ut conſuetas diſputantium orbitas ſecuturus certo procedam ordine: Sed non verboſos faciam commentarios. *l. 1. in pr. ff. d. O. J.* ſive ut Maranta alicubi loquitur, non faciam unum longum tractatum, *add. Rittershuſ. 9. Novell. 6. n. 114.* potiùs *(ut dixi)* citra tædioſos verboſitatis anfractus operam dabo, ut quantum commodè fieri poterit laconicâ brevitate, in has ſequentes ſectiones redigam. I. Etymologiam, Synonymiam, Originem & definitionem enucleabit. II. Quinam Magiſtratûs hanc Detractionis gabellam ſibi vendicent, indicabit. III. De Perſonis, quæ Detractionis quotam ſolvant, exhibeat. IV. De hujus Gabellæ ſolutionis exactione, agat. V. Perſonas, quæ immunitatis privilegio inveſtiuntur, enumeret. IV. In quibus bonis Detractio locum habeat, tractet. VII. Quibus modis immunitas ab hac gabella

bella

bella amittatur, exponat, Denique VIII. Quomodo ipſa Detractio tollatur, ventilet. Cui labori ut ex altô adſpiret implorati Numinis divini gratia, omnibus votis ac ſuſpiriis contendimus.

Sectio I.

De ETYMOLOGIA, SYNONYMIA, ORIGINE ET DEFINITIONE.

SUMMARIA.

1. *De notatione nominis prima inſtituenda diſquiſitio.*
2. *Unica ſæpè res multis abundat denominationibus.*
3. *Quod demonſtratur exemplo.*
4. Detractionis *Synonyma.*
5. *Ejusq; origo.*
6. *Vigeſima pars hereditatum & legatorum olim Ærario inferenda.*
7. *à quo hæc viceſima ſit ſublata.*
8. *Senſus l. ult. C. d. Edict. div. Hadrian. tollend.*
9. *Licet vigeſima hæc ab uſu receſſerit, ſimile tamen quid ubiq; locorum invaluit.*
10. *Proponitur quæſtio:* An hoc jus Detractionis ſit æquitati conſentaneum?
11. *Reſpondemus Affirmativè.*
12. 13. *Rationes decidendi pro hâc ſententiâ afferuntur.*
14. 15. 16. 17. *Æquitas hujus gabellæ demonſtratur.*
18. *Oleum & operam contra Diſputantes perdere.*
19. *Definitio Detractionis.*
20. *Pro genere definitionis ponitur vectigal.*
21. *Vox vectigal eſt analoga.*

1 Rem verò ipſam aggreſſuris, ab †Etymologia capiendum aliâs initium, quæ rei propoſitæ vim aperit, eamque non mediocriter illuſtrat: Eâ namque cognitâ ſæpènumero in ipſius rei perceptionem provehimur, *Scaliger Exerc. 1. ſect. 1. & lib. d. cauſ. lat. L. c. 4, p. 7.* Sed cum hæc pueris etiam ſatis nota, inutile erit de eâ verba hîc facere, & multum laboris in ea ponere.

Ety-

Etymologiæ vicina eſt SYNONYMIA; Unica † ſæpè res multis abun- 2
dat denominationibus, ut Hiſpani Equites, † qui verbis ſemper 3
abundant, pecuniâ inter montes ſuperbiæ & valles miſeriæ defici-
unt. Ingenioſè more ſuo *DN. GEORG. PHILIPP.* Harsdörffer/
Inclutæ Reip. Noribergenſis SENATOR deſideratiſſimus, νῦν ἐν ἁγίοις.
*Studiorum meorum Fautor, poſt funera, piâ & gratâ memoria nomi-
nandus in ſophiſt. act. 2. ſcen, 1.* Hûc quadantenus faciunt inſe-
quentia, quando dicitur JUS DETRACTIONIS † Emigratio: 4
vulgò Nachſtewer/ Abzug/ oder Nachſchoß: defalcatio: de-
cimatio bonorum: Gabella: der Zehrpfennig: abefahrt: ſei-
ne Güter verhunderten: Außlöſung: Außkauff: Abſchei-
dung. *Vid. Beſoldus Theſaur. Practic. verb.* Abſchoß. *Wehne-
rus obſ. practic. verb.* Nachſtewer. *Speidelius ſpecul. jurid. Polit.
Hiſtor. obſerv. verb.* Abſchoß. Schwanmann *Compend. juris
emigrationis ſive detractionis, & alii*, ex quibus Authoribus plu-
ra hujus voculæ convenientia peti poſſunt, ſed omnia in hunc lo-
cum citare, ſupervacaneum eſſe duximus. Quocirca † propera- 5
mus ad ORIGINEM Detractionis, (quippe origo cujusque rei
potiſſimùm eſt ſpectanda. *l. 1. ff. d. O. J.*) de qua notandum venit:
Auguſtum Imperatorem primum authorem fuiſſe, ut de hære-
ditatibus, quæ ab inteſtato, vel per teſtamentum peregrinis defe-
runtur, (wann ein Erbſchafft einem Frembden zufält/ und
auſſer Landes geführt wird) vigeſima † pars in Fiſcum ſive Æ- 6
rarium militare, (quod tum temporis bellorum continuatione
admodum exhauſtum erat) referretur. *Dion. lib. 55. ibi* Τήν τε εἰκοστὴν
τῶν τε κλήρων, καὶ τῶν δωρεῶν ἃς ἂν οἱ τελευτῶντές τισι, πλὴν τῶν πάνυ συγ-
γενῶν ἢ καὶ πενήτων καταλείπωσι κατεστήσατο, ὡς καὶ ἐν τοῖς τοῦ Καίσα-
ρος ὑπομνήμασι τὸ τέλος τοῦτο γεγραμμένον εὑρών· ἐσῆκτο μὲν γὰρ καὶ
πρότερόν ποτε, καταλυθὲν δὲ κατὰ ταυτα αὖθις τότε ἐπανήχθη. *add.
Cluverus Epitom. hiſtor. p. m. 151. Bodinus d. Republ. lib. 2. c. 6. Bullin-
ger d. Vectigal. c. 21. Speidelius. d. l.* Hujus juris veſtigia præbet jus
commune *in l. 2. § 44. d. O. J. l. fin. in pr. C. d. Edict. D. Hadrian.
toll. Peretz in Cod. d. tit. n. 1. Nobiliſſ. Excell. atq; Conſultiſſimus Do-
minus* Bechmann *JCtus & Anteceſſor hujus Salanæ celeberrimus*,

 Con-

Conſiliartus Saxon. dexterrimus, Scabinatus & Curiæ Provincial.
Aſſeſſor graviſſimus, h. t. Rector deſignat. Magnific. Doctor & Ho-
ſpes meus nunquam ſine honoris titulo nominandus, in prælect. pu-
7 *blic. d. Pandectis, General. Select. c. 1. §. 1.* Quousque vero † hoc
vectigal duraverit, ferè non conſtat, nec etiam multum refert ſci-
re à quo Imperatorum potiſſimùm ſit ſublatum, cum certum ſit
illud Juſtiniani ætate planè in uſu eſſe deſiiſſe, *per d. l. ult. verb.*
quia & viceſima hæreditatis ex noſtra receſſit Republica. Cujacius
quidem *lib. 4. ad Paul. recept. ſent. tit. 6.* de hâc viceſima inquit,
illud Nervæ, Trajani, Adriani, Marci & aliorum Conſtitutioni-
bus vel acciſum, vel ex integro redactum, vel ad poſtremum abo-
litum eſſe: Alciatus verò *lib. 3. Diſp. jurid. c. 6.* ut ſolet, audacter
aſſerit, à Gratiano eſſe ſublatum, idque ex Authoritate *Auſonii*
quem id in gratiarum actione teſtari ſcribit: Nec fides adhiben-
da eſt Zuchardo *in l. ult. C. d. Edict. div. Hadr. toll. n. 48.* qui pu-
8 tat à Juſtiniano eſſe abrogatam in illo ipſo Edicto. † Si enim
verba *d. l. ult.* inſpiciantur, ſatis apparet, jam tum ante Juſtinia-
ni tempora non amplius in uſu fuiſſe, cùm disertè profiteatur, &
viceſimam hereditatis receſſiſſe ex ſuâ Republicâ, quô ipſo indicat
jam antè deſiiſſe, nec ſe eam ſuſtuliſſe. Non poſſum aliter, quin
exclamem in Roman. viceſimam hæreditatum: principio forſan
tolerabile tributum, in hæredes extraneos divites lege Julia *(ut*
retulit Dion. lib. 55.) ſed poſtea grave domeſticis ac liberis, quo-
rum lachrymæ vectigales reddebantur, ideoque temperata vice-
9 ſimæ lex & ad extremum abolita. Utut † verò priſca illa viceſi-
ma ab uſu receſſerit, ſimile tamen quid ad imitationem & exem-
plum ejus in Germania non tantùm, ſed & in aliis Europæ regnis
invaluit, *Decian. Reſp. 54. n. 55.* ut hæredes, legatarii, & peregrini
de hæreditatibus & legatis extra territorium aliunde transferen-
dis: vel ſubditi, ſi locum mutaturi in aliam ſe conferant ditio-
nem, Domino illius territorii de ſuis bonis certam partem penſi-
tare cogantur. *Vid. Magnificus atq; Conſultiſſimus Dn.* Richter/
JCtus undiquaq; celeberrimus, Ordinarius eminentiſſimus, Dn. Præ-
ſes hujus Diſputationis digniſſimus, Promotor & Doctor meus devoto
obſervantiæ cultu jugiter venerandus Diſp. 5. p. (mihi) 142. ad l. ult.
C. d. Edict. Div. Hadr. tollend.

Sed

Sed Qu. † An hoc jus DETRACTIONIS æquitati ſit con- 10
ſentaneum, & in benè conſtituta Republicâ tolerari poſ-
ſit? Licet ejusmodi detractionis tributa, rigida, exorbitantia,
& odioſa eſſe videantur, per ea, quæ refert *Johann Coppen Quæſt.
11. n. 10.* & pro Negativa ſententia quædam adducat *Andr. Rauchb.
part. 1. Quæſt 15. n. 5.* Tamen ego, qui à Doctorum opinionibus
non pendeo, ſicut virgines Romanæ à fune, quando veritatis fun-
damento ſuffulcior. *(ut verbis Zaſii utar lib. 1. Conſ. 8 n. 5.)* Con-
trariæ, ſc. Affirmativæ, † quæ majore rationum gravitate præ- 11
ponderat, calculum addere non erubeſco. Nam † expreſsè hanc 12
ſententiam approbat *R. J. d. Anno 1555. §.* wo aber/ ibi: gegen
ziemlichen Abtrag der Nachſtewer/ wie es eines jedes Ortes
von alters hero üblich hergebracht und gehalten iſt. Cui † Re- 13
ſpondet *Conſtit. Imp. d. Anno 1594. §.* und ſo viel/ibi: wir wollen/
daß die Conſtitutio arreſtorum ad illicita arreſti facta, auch ge-
wohnlicher herbrachter Nachſtewer/ Abzug/ nicht zu exten-
diren ſey.

Deinde † generalem conſuetudinem (quæ vim legis obtinet) 14
jus hoc DETRACTIONIS approbare, in aprico eſt, per ea quæ
adducit *Jacob Thoming. Deciſ. 26. n. 44.* ubi nullum eſſe ait exte-„
rarum vel ditionum Magiſtratum, qui ſibi eam emigrationis, vel„
hereditatis deductionem, ſpeciali vel ſtatuto, vel conſuetudine,„
non arroget. Denique † jus antidori hoc requirit, ut abeuntes 15
ſeu emigrantes, pro patrocinio præſtito, gratitudinem exhibeant
Magiſtratui. Nam † & Emphyteuta aut Vaſallus jure antidora- 16
li pro beneficio accepto, dominum ſuum aliquo honorario re-
cognoſcere tenetur: cur non talis emigrans, resque ſuas ſecum
auferens, qui fortè per totam vitam privilegiis, ſubſidiis, & pro-
tectione alicujus Magiſtratus vel Domini gaviſus eſt, pro remu-
neratione aliquid relinquat? *vid. D. Arumæus Diſc. 6. ad A. B. c.
16. th. 13.* Impium † ſanè eſſet laborem mercede carere, *l. fin. C. d.* 17
alluv. ac officium ejus eſſe damnoſum. *l. 6. §. 5. d. furt.* qui peri-
culoſo ſudore commoda Reipublicæ quærunt. *l. 5. §. 3. d. Jur. im-*

munit. Reinking. d. R. S. & E. lib. 1. claſſ. 5. c. 4. n. 96. Cum etiam Magiſtratus ſit Pater Patriæ, ideoque paternam pietatem imitetur. *c. Apoſtolus §. ſuſtinemus, extr. de Cenſib. Gail. lib. 1. obſ. 17. Bornitius lib. 4. d. Ærario. c. 7.* Dubium itaque nullum reſidet, quin jure optimo & juſta æquitate hæc Detractionis tributa, & præſtentur & exigantur, cum etiam puerum non latere poſſit, quanta jurium horum, juſtitia & æquitas ſit. Proinde non inconvenienter
18 *Dn.* Schwanmann *d. tr. c. 2. n. 122.* inquit: oleum † operamque „perdunt, damnum ſibi & aliis creant, qui in tantâ luce contra ad- „huc diſputare, & laborare adnituntur, cum Imperii Conſtitutio- „nes ejusmodi ſtatuta & conſuetudines diſertè approbent, & con- „firment, verbaque textus aperta ſint & clara, à quibus decedere „non decet, etiamſi mille gloſſæ, vel Doctorum authoritates contra „ſtent. † His præmiſſis accedimus ad definitionem ſeu mavis deſcriptionem. Nobis autem, cum non ſemper ſubtilem dialecticorum præceptionem ex voto noſtro aſſequi & obſervare poſſimus,
19 deſcriptio hæc veritati amicæ præ reliquis arridet. Quod † JUS DETRACTIONIS ſit vectigal, perſolvendum ab illis, qui ex una civitate in aliam, bonis ſuis, habitandi causâ, transmigrant, vel hæreditatem, ſeu legatum inde eò, ubi
20 domicilium habent, transferunt. Genus † poſuimus VECTIGAL, quod vocabulum ita generale eſt, ut ſub ſe tanquam
21 ſpecies comprehendat tributa, gabella & Datias; analoga † enim eſt vox vectigal, in genere omnem cenſum & proventum ſignificans; prout dicitur alio nomine *συνωνύμως* Telonium, portorium, portarium, Guidagium, pedagium, paſſagia, Datium, Weggeld/ Brückengeld/ Ungelt/ Niderlag/ Stand und Marckrecht/ acciſ. licent. impoſt, quorum notationem cum ferè omnia barbara ſint, ac uſu confundantur, ſedulò veſtigat *Caſp. Klock. in eleganti tract. d. Ærario lib. 2. c. 71. 72. ſeqq.* Ulteriorem autem definitionis explicationem, ipſi tractationi ſervabimus.

Sectio II.

QUINAM MAGISTRATUS DETRACTIONIS GABELLAM SIBI VINDICENT.

SUMMARIA.

1. *Magiſtratus differunt.*
2. *Proponitur Quæſtio:* Cuinam Magiſtratui jus Detractionis competat.
3. *Vectigalia & gabellas promiſcuè uſurpari.*
4. *Regalia quid ſint?*
5. *usq; 11. Deciditur propoſita Quæſtio annexis rationibus.*
12. 13. 14. *examinantur priores opiniones.*
15. *Detractio propriè vectigal non eſt.*
16. *Tota res includitur Syllogiſmo.*
17. *Movetur alia Quæſtio:* An Civitatibus *(propoſitô caſu)* competat jus Detractionis adverſus conſubditos?
18. *Quæ ſit noſtra ſententia, videre eſt.*

COmpetit JUS DETRACTIONIS ex jure ſuperioritatis Magi-
ſtratui: Magiſtratus † autem omnis non unius eſſe generis, 1
ſed potentiâ & jurisdictione differre, patet *ex t. t. 9. ff. ad fin. usq; lib. 1. Digeſtorum.* Hinc † difficultate non caret: Quisnam 2
Magiſtratus, habeat illam poteſtatem, haſce gabellas defalcandi? In hujus Quæſtionis reſolutione, Doctores non conveniunt; plerique ei ſolùm competere autumant, qui ſuperiorem ſive criminalem jurisdictionem, (quæ etiam merum imperium appellatur. *l. 3. ff. d. jurisd.*) habent, idque ex eô, quod DETRACTIO ſit inſtar vectigalis, ſeu gabellæ, quemadmodum etiam generis loco vectigal poſuimus; Gabellæ autem & vectiga-
lia (quæ † promiſcuè uſurpantur. *Sixtin. de Regalib. lib. 2. c. 6. n. 12.*) 3
ad ſuperiorem Jurisdictionem pertineant, de quô vid. *Berlichius Concl. 52. n. 19.* qui ex Bertachino tradit: ju[illegible]c non indiſtinctè cuivis Magiſtratui, ſed illi tantùm competere, qui habet ſuperiorem ſeu criminalem jurisdictionem, quia ejusmodi detractio eſt

 inſtar

inſtar gabellæ, ſeu vectigalis: vectigalia verò & gabellæ ad illum, qui ſuperiorem jurisdictionem habent, pertinent. Alii, ſolùm Statibus Imperii, (qui ſc. regalia habent) hanc poteſtatem defalcandi attribuunt, hanc rationem inſinuantes: quod jure communi omne genus vectigalis (cujus ſpecies eſt detractio, der Ab-
4 zug/ die Nachſtewer) pendeat ex Regalibus; Regalia † autem nihil aliud ſunt quàm jura Majeſtatis; quæ ſunt poteſtates variæ, quibus veluti Patribus majeſtas, tanquam totum aliquod poteſtativum, conſtat. prout definit *Prænobiliſſimus, Excell. atq; Conſultiſſimus Dn. Struv. JCtus & Anteceſſor in hâc Salanâ, famæ diffuſiſſimæ, Conſiliarius Saxonicus, Scabinatus & Curiæ Provincialis Aſſeſſor meritiß. Facultatis ſuæ Senior & Decanus ſpectabilis, Promotor, ut de ſtudiis meis inſigniter meritus, ita æternâ animi devotione obſervandus. in Syntagm. Juris Feud. c. 6. aphor. 13:*

5 E † contra non deſunt, qui JUS DETRACTIONIS, ne dum Magiſtratui ſuperiori, puta Principibus, Ducibus, Comitibus, & ex cooptione in numerum ſtatuum, Civitatibus imperialibus, item Nobilibus immediatis Imperii: ſed etiam municipalibus Civitatibus, & cuivis Magiſtratui inferiori, competere aſſerunt, quam ſententiam propugnat *Tob. Paurmeiſter d. Jurisdict, lib. 1. c. 6. n. 5.* eumque ſecutus Schwanmann *d. tr. c. 3. n. 6. ſeqq.* dum
6 † jurisdictioni magis quàm ſuperioritati hoc jus accedere faten-
7 tur, idque † fulcitur ex eô, quod DETRACTIONIS jus ſtatutô &
8 conſuetudine induci queat. *Andr. Gail. lib. 2. ob. 36. n. 1.* Statuta † autem condere & conſuetudinem introducere, jurisdictionis eſſe, & ab eô præſtari poſſe, qui jurisdictionem habet, dubium nullum eſt. *Mynſing. Reſponſ. 49. Decad. 5. n. 20. Heigius quæſt. 23. n. 31. Dn. Arumæus d. Jur publ. Diſcurſ. 22. th. 4. §. ult.* Cujus ſententiæ album adjicimus calculum, quin ut cum illo faciamus, perſuadet
9 praxis & quotidiana experientia: Nulla enim † datur hodie municipalis civitas, nullus ferè vicus, in quorum uno quoque, ſuo Magiſtratui non minimùm levis quædam competat coërcitio, qui refractarios, [illegible] invitos ſuæ ſententiæ poſſit ſubjicere: cum aliàs fieri per rerum naturam non poſſit, quàm ut hâc deficiente, omnia judicia, juſſaque Magiſtratuum eluſoria fiant, & per con-

ſequens

ſequens, quia nemo eſt, qui cogere repugnantes poſſit, infima
ſummis reddantur æqualia. Coërcitio † verò hæc, verbo, voca- 10
tur jurisdictio, quæ duplex eſt: Simplex ſc. & illa, cui mixtum
imperium ineſt, quæ habetur *in l.3. ff. d. Jurisdict. vid. ad eam An-
ton. Faber Conject. 4. c. 4.* Simplex illa, jurisdictionis vocabulo,
venire hîc non poteſt, quæ coërcitione omni deſtituta, eſt tan-
tummodo poteſtas de Civilibus ac privatis cauſis jus reddendi,
jure Magiſtratus competens. *l. 1. ff. d. off. ejus cui. m. vid. prælaud.
D. Struv. Syntag. Jurisprud. Exerc. 6. th. 52.* Ergò extantibus ſo-
lùm his duabus ſpeciebus, neceſſariò intelligenda illa, cui ineſt
mixtum imperium. *l. 5. §. 1. ff. d. offic. ejus. l. 2. ff. d. jurisd.* Hanc
itaque † jurisdictionem, tanquam omnis ſtatuti & conſuetudinis 11
fundamentum habentes, poſſunt jura & ſtatuta condere, adeo-
que & ad illos Detractionis tributum, quippe quod ſtatuto &
conſuetudine ubique, ubi valet, receptum eſt, pertinet: idque
ideo magis, quò certiùs omnibus indiſtinctè Magiſtratibus, et-
iam minima jurisdictione inveſtitis, hoc jus attribuit *Klock d.
Contrib. c. 5. n. 125.*

Non † tamen duas priores opiniones tanquam falſas rejici- 12
mus, habent enim ſuam certitudinem & veritatem: Nam me-
rum imperium, mixtum longè ſuperare, & præſtantius eſſe, pro-
pter inſignem effectum, atque poteſtatem, quam poſſeſſori ſuo
tribuit, certum eſt, adeoque nullum eſt dubium, quin & huic,
gabella & multò magis competat: exinde tamen non ſequitur,
inferiori Magiſtratui hoc jus omninò non competere.

Ad † 2. Opinionem dicimus: Quamvis ratione originis 13
jus DETRACTIONIS ad Regalia referatur. *Henricus* Roſenthal *d.
feud. c. 5. concl. 74. n. 1.* uſus tamen & experientia docet, quod et- 14
iam iis, qui merum & mixtum Imperium, aut ſaltem inferiorem
jurisdictionem habent, competat, ut paulò antea dictum: Porrò
† Detractio, *propriè* vectigal non eſt, ſed *impropriè*, quod voculâ 15
inſtar, (quâ *Cothmann. in Conſil. Acad. Reſp. 19. n. 3.* utitur) liquidò
evincit. † Nec ea, quæ de Vectigalibus pr[illegible] ſunt, ad jus Detra-
ctionis accommodari poſſe, videntur. Quippe vectigalia ad re-
galia ſpectant. *cap. unic. quæ ſint regal. in Feud.* & à ſolo Principe,
(cum

(cum ſint de maximo Imperio. *Conſtit. Frid. d. pace Conſtant. R. J. Anno 1576. §.* dadurch damit) imponuntur, non ab alio, qui ſuperiorem recognoſcit: Et ex Conſtitutionibus Imperii ſine Cæſaris & Electorum conſenſu inſtitui ſeu exigi nequeunt. Detractionis verò tributum à quôvis, jurisdictione vel utminimâ prædito inducitur & exercetur, ut dictum.

Hinc † tota res huic Syllogiſmo includi poteſt. Quicunque merum & mixtum Imperium ſimul, vel mixtum tantum habet, ſive id conceſſum ei ſit à Principe, ſive præſcriptum ſtatuto tempore, illis competit hæc detractio. Atqui Princeps, Comes, Baro, Nobilis, Civitas Imperialis, Municipalis, Præfectus, Academia, Collegia Canonicorum, habent merum & mixtum Imperium ſimul, vel mixtum tantum. E. Major ex prædictis conſtat. Minorem confirmat praxis quotidiana & communis experientia. Proinde cum textus ſit in promtu, quem uſus, obſervantia & præ-
17 judicia confirmant, ulteriore deductione opus non eſt.

Quid † verò, ſi prædictæ Civitates à territoriali ſuo Principe certa privilegia ſibi conceſſa poſſideant, v.g. liberũ diverſæ religionis exercitium, jus cudendæ cujusvis monetæ, & quæ plura privilegia eſſe poſſunt: An & illæ Civitates citra Principis expreſſum conſenſum, habeant JUS DETRACTIONIS ad-
18 verſus conſubditos, hîc commodè exurgit Quæſtio? Nos † in præſentiarum brevitati ſtudentes, hoc dubium ſequenti diſtinctione haud ineptè decidi poſſe putamus; Aut ſpeciale de non defalcanda gabella, pactum intercesſit: Aut non: priori caſu, illis adverſus conſubditos hæc defalcatio non competit, *arg. l. 23. ff. d. R. J.* poſteriori verò caſu, & has Civitates etiam citra Principis conſenſum, uti hâc Detractione poſſe, ſtatuimus *per text. l. 75. ff. d. R. J. & arg. l. 24. §. 12. l. 26. ff. d. damn. infecto.*

SECTIO III.

De PERSONIS QUÆ DETRACTIONIS GABELLAM SOLVANT.

SUMMARIA.

1. *Continuatio.*

2. *Qui-*

2. Quinam ſolvant.
3. Quilibet domicilium mutare & aliò migrare poteſt.
4. Ampliatur hæc aſſertio exemplo Vaſalli.
5. Limitatio.
6. Tenentur quoque ad præſtationem hujus gabellæ Nobiles.
7. An illi, qui unius Principis ſubditi ſunt, ſed diverſarum Curiarum.
8. Adfertur præjudicium.
9. Limitatur noſtra ſententia.
10. Statuta cujusvis loci obſervanda.
11. 12. Conſuetudo vincit & abrogat legem.
13. Solvant heredum heredes. *(emigrant.*
14. Etiam illi qui ſpontè non ſolùm, ſed & invitè, propter religionem
15. Ad quam præſtationem cogi poſſunt.
16 Excipiuntur illi, qui ob religionem Vi compelluntur emigrare.
17. Proponitur quæſtio: An propoſito caſu, ſubditi emigrare teneantur?
18 Quid in vi vel neceſſitate compulſis propter delictum, obtineat.
19. Limitatur noſtra ſententia.
20. Etiam Cives alterius civitatis, jure retorſionis, quandoq; tenentur.

HActenus † cui hoc jus DETRACTIONIS competat, pro ratione 1
inſtituti, ſatis, opinor, exædificavimus. Jam rectâ tendimus
ad Perſonas, quæ ſcilicet hanc gabellam ſolvant. Et † tenentur I. 2
omnes omninò homines, qui bona aliò transferre, & domicili-
um mutare volunt, ut poſſunt; cum unicuique de jure communi
in alium locum migrare & liberè, quo velit abire, licitum ſit. *l. ni-
hil 31. ff. ad L. municip. l. 5. §. fin. ff. d. captiv. & poſtlim. rev.* R. A.
d. Anno 1555. §. wo aber. *A. B. c. 16. Scotanus Diſp. pandect. XXII.
th. 9. Wurmſer. Exerc. jur. publ. 6. q. 11.* etiam † invito prioris loci 3
Domino. *Dn. Arumæus ad A. B. c. 16.* quod exemplo Vaſalli con-
firmatur: qui quamvis beneficium maximum à Domino obtine-
at, id tamen ei, ſi velit, etiam invito, refutare poteſt. *c. unic. d.
Vaſall. qui cont. conſt. Oldendorp. in Claſſ. forenſ. action. rubr. de
Actionib.* modo † id malitioſè non fiat, *Daniel Otto in Jure publ. c.* 4
19. p. (mihi) 454. v. c. mutandi judicii causâ: Nam domicilium
mutaturus, ſi jam porrecto contra eum libello ex abrupto mi-

grare tentet, præſumitur doloſè ad eluendam prioris Magiſtra-
tûs jurisdictionem migrare velle. *Vid. Magnificus atq; Conſultiſſi-
mus Dn. Caſp. Manz. Sereniſſimi Dn. Dn. Philippi Wilhelmi, Comitis
Palat. Rehn. Ducis Bavariæ &c. Cancellarius dexterrimus, immorta-
le Palatinatûs fultrum; Patronus meus, & meorum, Magnus, debi-
tô honoris & obſervantiæ cultu apprimè devenerandus. Deciſ. Palat.
Cent. Quæſt. 18. n. 21.* Idque probat non ſaltem conſuetudo Ger-
maniæ. *Gail. 2. obſ 36. n. 7.* ſed & Hiſpaniæ. *Bodin. d. Republ. 1, c. 6.*
6 *n. 28.* Quòd non ſolùm extenditur ad plebejos, ſed etiam II. † ad
Nobiles, dummodò generali conſuetudine loci, jus illud indu-
ctum. *Berlich. d. concl. 52. n. 27.* nec aliud diſpoſitum ſit. *Joſ. Nor-*
7 *den d. Statu Nobil. c. 17. n. 104.* adeò ut etiam III. Ejusdem † Princi-
pis vel Magiſtratûs ſubditi, in diverſis Curiis, civitatibus & pa-
gis habitantes, ſi in eo loco, ubi jus tale viget, hereditates & le-
gata perceperint, vel emigrant, gabellam hanc exſolvere cogan-
tur, veluti *Eßlingæ* obtinet: Ut ſi quis ex Hoſpitalis pagis in Ci-
vitate hereditatem vel Legatum aliquod recipiant, decimam in-
de hanc exſolvere debeant, teſtatur Knipſchild *d. Jur. Civit. Im-*
8 *perial. l. 2. c. 20. n. 35. in fin.* † Quæ ſententia confirmari poteſt ex
Dnn. Scabin. Jenenſ. præjudicio An die Heimbürger zu Ho-
delſtäd/ Balſtäd und Ottenhauſen Anno 1622. m. Majo.
Ob wohl an etzlichen Orten auch die jenige/ welche nicht aus
dem Land/ ſo der Fürſtl. hohen Obrigkeit unterworffen/ ſon-
dern allein in ein ander Gericht/ ſich ihrer Gelegenheit nach
wenden (*Dauth. d. Teſtam. n. 69. in not. quem ſequitur Rauchbar
p. 1. q. 15. n. 5. in verb. diverſis curiis i. e.* Gerichten) Abzuggeld
und Nachſtewer zu geben pflichtig: Dennoch dieweil vor-
mahls bey Euch kein Abzuggeld gebräuchlich geweſen/ auſ-
ſerdann wann ewer Einwohner einer/ in das Erffurtiſche
oder ſonſten außländiſche Gebiet häußlich ſich begeben: So
werdet ihr darbey nochmahls billig gelaſſen/ vielweniger
ſind die jenigen/ welche unter Ewren geſamten Gerichtsher-
ren unter unzertheilten Gerichtsſtab geſeſſen/ und aus der-

ſelben

ſelben Junckern Dörffer einem ziehen/ auch in ihrer andern
Dörffer einem ſich niederlaſſen/ und nicht in frembde Ge-
richt ihre Haußhaltung anſtellen/ wann gleich bey ſolchen
Junckern die Einkommen und Gefälle getheilet / mit der
Nachſtewr zubelegen. V. R. W.

Cujus † limitatio eſſe videtur, niſi ex ſtatuto aliud appareat, 9
ut ſi in eo dictum fuerit: wann das Erb in frembde Gerichte
gebracht wird. Schwanmann *c. 5. n. 5.* Tunc enim de illis
hereditatibus & Legatis, quæ in alienas Jurisdictiones (Gericht)
ejusd. Principis transferuntur, nihil detrahi poſſe tradit *Berlich.
concl. 52. n. 21.* Quapropter † quod ſemper hic volumus monitum, 10
in omnibus hiſce, ſtatuta & conſuetudinem cujusque loci obſer-
vandam, eleganter monet *Klock c. 12.* quia non ſolùm legis illa
vim ac poteſtatem. *l. 32. §. 1. ff. d. LL. l. omnes 9. ff. J. & J. Schnei-
dewin. ad §. 1. J. d. J. N. G. & C.* ſed † & ipſa lege quodammodo 11
major eſt, atque potentior, cum legem non rarò vincat, & nul-
lum jus poſitivum ſit, quod contraria conſuetudine abrogari vel
tolli nequeat. *Vide Nobiliſſimum Dn. D. Struv. Doctorem meum
fideliſſimum, cui ob paternam informationem, nunquam à me poteſt
reddi æquivalens. Exerc. π. 2. th. 22. ſeq.* Unde † *Peregrinus, Conſil. vol.* 12
2. conſil. 5. n. 14. ei tanq. matri reverentiam deberi & transgreſſo-
res ejus, ut legis, judicandos eſſe ait. IV. Plerique heredes, in a-
lieno territorio hereditatem accipientes *Schwanm. d. l.* V. † Hære- 13
dum heredes *l. 59. ff. d. R. J.* VI. Non † ſolùm illi qui ſponte, pie- 14
tatis & conſcientiæ, veræque religionis amore patrios lares lugu-
bri exemplo reliquerunt. R. A. Anno 1555. §. Wo aber Unſer,
ibi auch der Churfürſten und Ständen Unterthanen / der
alten Religion/ oder Augſpurgiſchen Confeſſion anhängig/
nũ ſolcher ihrer Religion wegen/ aus Unſern auch der Chur-
fürſten und Ständen des H. Reichs Landen/ Fürſtenthum/
Städten oder Flecken mit ihren Weib und Kindern nieder-
thun wolten / denen ſoll ſolcher Abzug/ auch Verkauffung
ihrer Haab und Güter / gegen zimlichen billichen Abtrag

der Nachſtewer &c. Sed & ii, qui eo caſu, ex neceſſitate & inviti emigrant, atq; ſic lamentabili emigrandi beneficio utuntur, ſecundum rigorem *Inſtrum. Pacis Anno 1648. d. 27. Julii §. 12. ibi.* **Und ſollen weder den freywilligen noch aus Zwang abziehenden ihre Geburts Freyheits-Freylaſſungs/Lehnbrief und testimonia ehelichen Verhaltens geweigert/ noch daſelbſt mit ungewöhnlichen Reverſen oder Decimation ihrer abführenden Haab über Billigkeit beſchweret werden.** Quæ Pax religioſa cum non diſtinguat, nec noſtrum erit diſtinguere, præſertim tali in caſu, ratio illa, propter quam Detractio ſolvitur, æque ac in ſpontanea emigratione militet, imò illa quæ coacta dicitur, certo modo ſpontanea dici poteſt. *Conf. Klock d. Contribut. c. 1. n. 240.* item *d. Jur. vectig. concl. 63. l. d.* Knipſchild *d. l. n. 39.*
15 Et † quod mandatis ad id cogi poſſint, extat præjudicium in cauſa
Heylbronn contra Schwäbiſchen Gemünd G. Schencken
Abzug betreffent: *Videſis Webner. Obſ. Pract. verb.* Nachſtewr.
16 Meritò † tamen excipimus, illos, qui ob religionis confeſſionem non ſpontè vel invitè emigrant, ſed Vi & coactè repelluntur; ut ſi Magiſtratus Pontificius, Lutheranum (ut vocant) cogat, divenditis bonis aliò migrare, hoc enim modo, Magiſtratus loci, gabellam Detractionis ab emigrante exigere, jure non poteſt. *Ita Berlich. d. concl. 52. n. 15. Rümelin ad A. B p. 2. D. 8. th. 6. Gylman tom. 1. Symphor. part. 1. tit. 3 vol. 1.* Hoc autē beneficium emigrandi,
17 An † tantæ ſit neceſſitatis, ut videlicet ſubditus, ſi Auguſtanæ cōfesſionis eſſe velit, ſimpliciter emigrare & diſcedere, niſi ejici velit, aut ei Religioni, quæ iſto in loco eſt, adhærere cogatur, magni momenti, & altioris indaginis eſt?

Quæ dubitatio, cum in Camera in utramque partem ſit diſputata, & adhuc ſub judice lis eſſe videatur, hanc litem non facimus noſtram: Cupidus autem L. adire poteſt *Mindanum d. proceſſ extr lib. 1. c. 30. Thom. Maulii tract. de Pace relig. tit. 4.*
18 VII. † Etiam illi nonnunquam gabellam ſolvere, de bonis ſuis tenentur, qui diſcedere compelluntur ob delictum, in quod ſe ipſos propriâ culpâ conjecerunt: *Vid. Berlich. d. concl. 52. n. 18.* & neceſſi-

tas

tas ex facto emigrantis eveniat: ut ſi debitor obæratus bona ſua alienare cogatur, *arg. l. interdict. 36. in fin. ff. d. judic. l. ſi fidejuſſor 7. §. 1. ibi. ipſe ſibi ſatisdationis neceſſitatem impoſuit. ff. qui ſatisd. cog. Hartm. Piſtor. dec. 50. n. 26.* Quod † tamen non procedit in iſtis 19 ſubditis, qui contra voluntatem, vi migrare compelluntur von einem Gericht in das andere: Ubi hæc gabella Detractionis non locum habet, ut in hiſce terris Saxon. Nam de iis jure concluditur, quod gabellam vel laudemium ſolvere non teneantur, prout elegantisſimè in terminis reſponſum fuiſſe meminit *Magnif. Dn. Ordinarius, Præſes noſtræ Diſp. Excell. Anno 1640. m. Julio.* Hanſen Wilhelm Claſern/ Müllern zu Sultza. Seyd ihr vor etlichen Jahren/ durch menſchliche Schwachheit/ in Unglück gefallen/ alſo daß ihr ob accuſatum adulterium, vermög Fürſtl. Befehlichs/ mit ewren ſeeligen Weibe von Camburgk euch ins Ambt Roßla/ nach Sultza/ begeben müſſen. Ob nun wohl/ da ihr bißhero alda ein Ackerland oder dergleichen unbeweglich zu Camburgk verkaufft/ allezeit der Rath doſelbſt etliche Abfahrt oder Abzuggeld innen behalten: So iſt doch gedachter Rath ſolche indebitè innen behaltene und eingehobene Gelder/ zu reſtituiren und zu erſtatten ſchuldig. V. R. W. *Addatur Koppen Deciſ. q. 11. n. 15. 16. Alb. Brunus Conſil. Feudal. 44. in fin.* VIII. Cives †. alterius civitatis, ubi 20 conſuetudine quidem hæc gabella recepta non eſt, qui in civitatem, ubi recepta eſt, transmigrant: Quod jure retorſionis procedit, de quo infra fortè commodior occaſio differendi dabitur.

SECTIO IV.

De

HUJUS GABELLÆ SOLUTIONIS EXACTIONE.

SUMMARIA.

1. *Continuatio.*
2. *Solutio hujus gabellæ conſiſtit in pecuniâ.*

3. In qua verò moneta, An in antiqua, An in nova, *Quæritur?*
4. *Quæ ſit noſtra ſententia, patet.*
5. *argumentatio à ſimili.*
6. *Exceptio.*
7. *Detractionis Quota incerta eſt, & variatur ſecundum locorum conſuetudinem.*
8. *Quando ſolvi oporteat.*
9. *Formatur caſus, & ex eo Quæſtio.*
10. *Quomodo ſolvendum.*
11. *Cautione opus eſt, ne in æſtimatione quicquam retineatur.*
12. *Omnia debita prius ſolvenda.*
13. *Æs alienum bonorum appellatione non venit.*
14. *Dantur remedia ordinaria & extraordinaria hanc Quotam exigendi.*
15. *usq. 21. Quæ ſint ordinaria.*
22. 23. *Quæ ſint extraordinaria.*
24. *Exactio non debet eſſe violenta.*
25. *Ratio additur.*
26. *recenſentur cautelæ, quibus Detractionis gabella evitari poſſit, & ſic hæ actiones ceſſare coguntur.*

1 CUm † jam ſatis conſtet, Quinam hanc Detractionis gabellam exigant & qui ſolvant: ſequitur Modus hujus gabellæ ſolutionis, qui in eo potiſſimum conſiſtit, ut ſciamus, Quid, quantum, quando & quomodo ſolvi oporteat. Illud itaque
2 Quod Detractionis nomine ſolvitur, † non in ipſis rebus, mercibus aut ſpeciebus, ſed in pecuniâ præſenti conſiſtere debere certum eſt, generalique omnium locorum conſuetudine roboratur.
3 *arg. l. 5. C. d. Vectigal. Sixtin. d. Regalib. lib. 2. c. 6. n. 82.* Sed † in quo monetæ valore, die Nachſtewr/ ſolvenda, an ſecundum veterem, vel novum valorem, non inconcinnæ hoc loco Quæſtionis & pulchræ indaginis eſt? Et quanquam prima fronte dicendum videtur, ſolutionem hujus gabellæ, ſecundum monetam antiquam ſolvi debere, ex hâc ratione: Quia in ultimis

mis voluntatibus attenditur valor ex tempore diſpoſitionis teſtamenti. *Bald. in l. pen. n. 8. C. d. V. S. & in l. omnium. 10. C. d. teſtam.* E. etiam hoc caſu in ſtatuti diſpoſitione valorem ejus temporis, quo illud factum eſt, indiſtinctè attendi debere. Verum † 4
quia hæc gabella Detractionis mediante diviſione hæreditatis datur, & propter migrationem, Nachſtewer debetur, concludimus valorem monetæ non ſecundum tempus factæ conſtitutionis, ſed facti, hanc obligationem inducentis, æſtimandum eſſe. *Baldus in l. illud. n. 13. C. d. SS. Eccleſ.* Sic † etiam à ſimili obſer- 5
vatur in delictis: nam pœna pecuniaria in delictis non ſimpliciter ſed mediante debito conſtituitur, unde & valor pœnæ non immeritò æſtimatur ſecundum tempus delicti, *in pr. Inſt. d. Obl. quæ ex del. naſc. ibiq. Harpr. l. ex maleficiis d. Act. & oblig.* Exceptio
† tamen eſt, quando poſt conſtitutionem monetæ mentionem 6
facientem conſtituitur valor antiquus expreſsè, qui tempore conſtitutionis fuit. Quæ ſententia verior eſt, quam etiam tenuerunt *Wehnerus obſ. pract. verb.* Nachſtewer. *Mynſinger 4. obſ. 15. Arnold. de Reyger theſ. jur. vocab.* Abſchoß. *n. 6.* De quanto
† Detractionis nomine ſolvendo, nulla certa & generalis regula 7
conſtitui poteſt: ſed ſicut olim vigeſima pars pretii illarum rerum, puta hæreditatum, legatorum, ad alienos pervenientium, pendebatur: ita hodie illud *quantum* ex cujusque regionis ſeu loci antiquâ conſuetudine addiſci & judicari debet. Quandoque enim deducitur vigeſima pars, quandoque decima quinta, nonnunquam quarta: der dritte / vierzehende oder funffzehende Pfennig / plerique tamen in locis eſt pars *Decima*, veluti Francofurti, Lubecæ. vid. *Dn. Mevius in Comment. ad jus Lubec. quæſt. 6.* in Palatinatu, in Würtembergiæ Ducatu, Fürſtl. Wirttemb. Land Ordnung *fol. 7.* ut & in Patria meâ. *Myler. ſucc. delin. de Princip. & ſtat. Imp. Roman. Germ. c. 63. p.* [illegible] *ibi) 535.* Porrò † ſolu- 8
tio hujus, de qua agimus, gabellæ, fieri de[illegible]m, antequam hereditas, legata, vel alia bona exportentur. Quid verò ſi aliquis annuatim pro æſtimatione patrimonii & bonorum ſuorum certam quotam ſolverit, hat jährlich etlich 1000. Thaler verſtewert/:

ſtewert/ illud autem patrimonium minuitur, adeò ut poſt mor-
tem ipſius, heredes tantum capere nequeant, quantum adfuit:
9 non immeritò dubitatur, † An hæredes bona illa aliò trans-
ferentes, nihilominus de tanta ſumma, emigrationis ga-
bellam ſolvere teneantur? Ac licet non deſint, qui pro Af-
firmativa fortiter militent; Expeditior tamen & juris rationi
convenientior, ſententia Negativa videtur: Ratio elegans eſt:
Quia Gabellæ à Magiſtratibus cujusque loci imponi debent ſe-
cundum æs & libram, h. e. ſecundum vires & qualitatem patri-
monii ac cujusque obventionum. Nach eines jeden Art und
10 Vermögen. *Dn. Carpzov. lib. 4. tit. 16. Reſponſ. 72.* ex † quo col-
ligitur, quod nemo Detractionis nomine plus ſolvere teneatur,
quam quod æquum & juſtum eſt, ut pro 1000. centum. pro 100.
11 decem. E † contra magna cautione opus eſt, ne in profeſſione
vel æſtimatione quicquam retineatur: aliàs ſi quis bonorum ſuo-
rum iniquum æſtimaverit, aut bona minoris æſtimet, q: àm vi-
deatur æquum, aut communis valor eſſet; Fiſcus vel Magiſtratus
loci habet jus æſtimationem offerendi & bona ad ſe pertrahendi:
Daß alsdann die Stadt ſolchen Anſchlag erlegen/ und den-
ſelben/ ſo ſich ſelbſt und ſein Vermögen der Maſſen geſchätzt/
alſo mögen außlöſen. *vid. Sichard. part. 4. conſ. 5. feud. in
pr. quem citat Wehnerus obſ. pract. d. l.* In ineunda tamen æſtima-
12 tione hoc obſervandum, ut † prius æs alienum deducatur. *Berlich
13 d. concl. 52. n. 85.* Illud † enim bonorum appellatione non venit;
quod probatur (1.) tali argumento: Quæcunque nobis non pro-
ſunt, ſed plus incommodi habent quàm commodi, illa propriè
bonorum appellatione non poterunt venire. *l. 83. d. V. S.* Æs ve-
rò alienum tale eſſe, non nemo non ignorat. E. (2.) uti nec lu-
crum intelligitur niſi omni damno deducto, *l. 3. ff. pro ſocio.* ita
bona non appel[illegible] niſi omni ære alieno deducto. *l. 39. §. 1.
d. V. S.* Atque ho[illegible] dicit JCtus *in l. 93. ff. d. V. S.* omnia de-
bita prius eſſe ſolvenda: quo factô, reſidua bona demùm rectè
appellari, & in hiſce etiam DETRACTIONEM locum habere,
ut infra dicemus. Quod ſi verò huic præſtationi ſe ſubducere

omni

omni ſtudio allaborant, quòd non raró accidere ſolet, competunt
gabellæ hujus exigendæ nomine Magiſtratui tàm † ordinaria 14
quàm extraordinaria remedia. Illa conſtituunt actiones tàm
perſonales quàm reales, ut (1.) datur Exceptio † compenſa- 15
tionis. Quando enim Magiſtratꝰ emigrantibꝰ quid debet, poteſt
per compenſationem illis recuſantibus ſummam detrahere, qua-
tenus illa inter ſe mutuo concurrit. *l. 11. ff. d. compenſ. l. 4. & 5. C. eod.* Quod etiam invito creditore habere locum aſſerit *Dn. D. Hahn obſ. Theor. pract. ad Tit. d. Compenſ. n. 10.* (2.) Condictio † ex 16
lege. *Klock de Contrib. c. 19. n. 28.* quæ competit, quoties conſti-
tutio aliqua nova lata eſt, quâ obligatio inducitur ad gabellam
ſolvendam. (3.) Actio † hypothecaria, quæ datur ratione pi- 17
gnoris Fiſco in bonis debitorum conſtituti. *l. 46. §. 3. d. J. Fiſc. l. 10. de Manumiſſ.* (4.) Utilis † confeſſoria, quâ experitur Magiſtra- 18
tus, jus DETRACTIONIS ſibi competere prætendens, adverſus
eum, qui facultatem hanc imponendi negat. *Schneidewin. §. 2. n. 10. Inſt. d. Actionib.* ad † exemplum enim Servitutum pro quovis 19
alio jure incorporali; confeſſoriâ, negatoriâ agere permiſſum eſt.
d. §. ibid. Rittershuſius. Hæc † fiunt mulctâ. *Gail. 2. obſ. 52. n. 20.* 20
vel executione †, *arg. l. 5. C. de fer. l. 7. C. d. exact. Trib.* quæ tamen 21
ex abrupto fieri non debent, ſed ita ut aliqua cauſæ cognitio præ-
cedat, imò terminus ſolutionis conſtituatur. *l. 2. C. d. Indict.* plu-
rimùm † autem uti ſolent arreſtis, quibus res vel hæreditates à 22
Magiſtratu loci ob recuſatum Emigrationis Detractionisve debi-
tum retinentur, ac pro juſtis licitisque expreſſè declarantur. R.
Abſch. *de Anno 1594.* §. und ſo viel die Ungleiche. idque † aſſerunt 23
dilucidè *Gail. de Arreſt. c. 1. n. 10. Friderus Mindanus d. proceſſ. lib. 1. c. 30. §. 1. & 2. fol. 109. & Chriſtoph.* Schwanmann *in proceſſ. Cameral. lib. 1. c. 13. n. 17. ſeq.* Præprimis autem utendi ſunt mi-
tiores ac Ordinarii illi modi. Executio † enim non debet eſſe vio- 24
lenta, quæ ex multis nominibus nocet, *Clapmar. d. Arcan. Rerump. lib. 4. c. 25.* quod quivis Magiſtratus ſtudioſè obſervet, ne † Apol- 25
lonii Thyanæi illud audiat, atrum ſordidumque eſſe aurum, quod
ex lacrumis oritur: & ſecundum *Ulp. in l. 33. de uſur.* præſcriptum,

26 gabellæ exactionem inſtituat. Evaneſcunt † autem hæ actiones, inter alia, ſi hæres vel legatarius hereditatem non dividat, nec portionem ſibi debitam verè & realiter de uno judicio in aliud transportet, ſed ibi relinquat, & fructus quotannis exinde percipiat. *Berlich d concl. 52. n. 89.* Vel ſi legatarius confidit de herede, ut renunciet legato, vel curet apocham privatam ſuper debito legato fieri. *Dom. Cardinal. Tuſch. tom. 4. pract. concl. lit. G. concluſion. 20. n. 1. 2.* plures Cautelas, quibus DETRACTIO evitari poſſit, tradit *Berlich dict. loc.* quô B. L. remitto.

SECTIO V.

De PERSONIS, QUÆ IMMUNITATIS PRIVILEGIO INVESTIUNTUR.

SUMMARIA.

1. Continuatio.
2. Immunitatis privilegio gaudet PRIMO Princeps & territorii Dominus.
3. inferiori in ſuperiorem, & pari in parem non competit imperium.
4. SECUNDO. Conſiliarii Principum.
5. 6. adfertur ratio, ob quam illi immunes ſint.
7. Idem dicendum de Cameræ & Parlamentorum Aſſeſſoribus.
8. TERTIO. Eccleſiæ ejusq; res.
9. hæc immunitas Eccleſiaſtica tempore Caroli V. inaudita fuit.
10. 11. 12. QUARTO. Clerici, ob rationes allatas.
13. hoc privilegium Clericis conceſſum, rectè ad Paſtores Evangelicos extenditur.
14. Hosce ſequuntur QUINTO Profeſſores.
15. 16. Quæ immunitas etiam aliis Doctoribus & graduatis perſonis competit.
17. 18. Quando non ſunt immunes à Collectis.
19. 20. SEXTO Studioſi à jure Detractionis exemti ſunt.
21. Quæ aſſertio ampliatur.

22. nisi

22. usq; 25. adferuntur rationes, ob quas Studioſis conceſſa ſint privilegia & immunitates.
26. Objectio.
27. 28. Reſponſio ad object.
29. Quid obtineat in bonis Studioſorum defunct.
30. Ratio differentiæ.
31. adducitur præjudicium ſeu reſponſum in iſtis terminis.
32. proponitur Quæſtio : An illo caſu hoc jus Detractionis Senatui oppidano, An verò Academico competat.
33. 34. Rationes pro Senatu oppidano.
35. usq; 39. Rationes pro Senatu Academico.
40. usq; 44. Reſponſiones ad priores rationes.
45. 46. gaudent SEPTIMO hâc immunitate Doctorum, Profeſſorum Uxores, liberi : idq; non ſine ratione.
47. De Viduis non inconcinnè quæritur?
48. usq; 52. adferuntur Rationes pro ſententiâ Negativa.
53. 54. Affirmativa ſententia verior propter rationes allatas.
55. usq; 59. Reſponſiones ad Rationes Negativas,
60. Datur inſtantia.
61. Reſponſio ad inſtantiam.
62. 63. 64. Limitatur noſtra ſententia.
65. remittitur OCTAVO hac gabella liberis exteris.
66. 67. adducuntur Rationes.
68. item NONO Parentibus exteris.
69. usq; 72. Quare?
73. DECIMO. Conjuges.
74. UNDECIMO. Pauperes.
75. Qui ita pacti ſunt.

HUcusque † ſatis eluceſcit, quæ perſonæ hanc DETRACTIONIS gabellam ſolvere tenentur, & quomodo; nunc ut ordine procedamus, ſubnectere allubeſcit, quæ ſint exemtæ & immunes ab hâc Gabella. I. Princeps † & territorii Dominus, qui in loco aliquo ſibi ſubdito, ubi JUS DETRACTIONIS receptum eſt, hæres inſtitutus vel legatarius factus, gabellæ impoſi- 1 2

 tione

tione gravari non poteſt, arg. *l. 5. C. de Vectigal.* cum etiam in omni conceſſione, à quâ aliàs regulariter privati non ſunt immu-
3 nes, Principis perſona excipiatur, *arg. 2. Feud. 7.* & † inferiori in ſuperiorem, multò minus competat imperium, ac pari in parem.
4 *l. 4. d. recept. arbitr. l. 3. §. 3. ad SCt. Trebellian.* II. Conſiliarii †
5 Principum. *l. non minus C. d. Aſſeſſorib.* quia † cenſentur pars corporis Principis, *l. quisquis. C. d. crim. laeſ. majeſt. Jul. Pac. Ana-*
6 *lyſ. ad Inſtit. d. Tutel. axiom. 8.* & † cum ipſo Principe quaſi unum corpus conſtituunt, dicuntur enim inhærere Principi ſicut ſtellæ firmamento, principem etiam ita decorare reputantur, prout decorant radii ſolares ſolem. *Reinking. d. R. S & E. lib. 1. Claſſ. 5. c. 11.*
7 *n. 66.* Idem † eſt dicendum de Cameræ, & Parlamentorum Adſeſſoribus, per expreſſum textum in Cammergerichts Ordnung *p. 1. t. 29.* ibi: und ſollen Cammerrichter/ Urtheiler Advocaten/ Redner/ Schreiber/ und alle andere Perſohnen/ ſo lang ſie ihr häußlich Anweſen bey und an dem Keyſerl. Cammergericht haben/ ſamt ihrem Haußgeſindt/ auch ihre verlaſſen Wittwen/ Ungelds/ Datz/ Zolls und aller Beſchwehrung frey ſeyn.

8 III. Eccleſiæ † ejusque res, *arg. l. 49. §. 2. C. d. Epiſc. & Cleric.* utpote quæ ab omni exactione liberæ ſunt. *l. 5. C. d. SS. Eccleſ. auth. item nulla. C. de Epiſc. & Cleric.* Roſenthal. *d. feud. c. 5. concl. 47.* Bona enim Eccleſiæ quæ dantur, Deo dantur, & ſic efficiuntur
9 ſancta ſanctorum. *Schurff. conſil. 44. n. 4. Cent. 1.* hanc † immunitatem Eccleſiaſticam tempore Caroli M. fuiſſe inauditam, refert
10 *Goldaſt. d. Conſtit. Imp. tom. 4. fol. 112.* IV. Clerici † *d. authent. C. d. Epiſc. & Cler, c. quanquam 4. d. Cenſib. in 6. c. 24. cauſ. 24. q. 3.*
11 modò ne ſint conjugati. *c. unic. d. cler. conjug. in 6.* Nam † res Deo conſecratæ & à Clericis poſſeſſæ jure cenſus liberantur. *c. in qualibet. 23. c. ſecund. canon. 24. c. 25. ſancitam 23. q. 8. vid. Arnold.*
12 *Corvinus ad Jus Can. lib. 1. tit. 29.* Deinde † gabella hæc Detractionis non irrogatur, niſi qui civis eſt, vel aliàs jurisdictionis illius, qui detrahere vult, ſubjectus *Gail. 2. obſ. 35.* Clerici autem ratione perſonæ, quàm bonorum ſuorum, jurisdictioni Civili ſubjecti
13 non ſunt. *Beſold. part. 2. conſil. 172.* Et † hoc ipſum privilegium

Clericis

Clericis conceſſum ad Paſtores & Eccleſiarum Miniſtros noſtros Evangelicos rectè extendunt Knipſchild *lib. 2. c. 20. n. 41. Berlich. d. concl. 52. n. 30. 34.* Sunt enim verbi Divini Antiſtites, ſacrarum literarum interpretes, unde apud Daniel: *c. 12. verſ. 13* à Deo ipſo, munere divino donati ſunt; fulgebunt enim ſicut ſplendor firmamenti & ſtellæ in perpetuas æternitates. V. Hoſce † ſequuntur Profeſſores, qui in Academiis publicè profitentur, quia illorum ſcientiâ totùs illuminatur mundus. *l. 6. C. d. prof. & med.* 14
Hi ſanè à multis oneribus ſunt immunes: Non enim pro tuenda Civitate tenentur excubias agere, nec milites Hoſpitio recipere, nec diurno vel nocturno tempore ad portas vigilare, nec loricis vel armis, quæ aliis imponuntur Civibus, inſtructi eſſe, nec collectam ſolvere *Harprecht ad §. ult. de Jure Perſon. n. 55.* Sed † quanquam Bartolus *ad l. 6. tradat*, legis illius diſpoſitionem, 15
competere Profeſſoribus vel Doctoribus actu legentibus tantùm: contrarium tamen communiùs receptum eſt, ut Advocatis, cauſarum Patronis & omnibus Perſonis legitimè promotis ſeu graduatis quoque conveniat. *per l. 14. C. de Advoc. div. jud.* Alciatus *in l. 1. ſolut. matrim. Beſold. Differt. d. Studioſis, Magiſtris, Doctorib. & cap. 9.* Nam † & illi clientes ſuos docent, *arg. l neceſſarium. 2. §. 35. d. O. J. & §. fin. proem. Inſtit.* Et tanto majori honore digni ſunt; quod hi rem ad praxin deducant, & in ipſo opere veris & fictis quæſtionibus verſentur. *Heinr. Klock de J. vectigal. concl. 33. lit. 13.* 16

Hæc † autem immunitatis privilegia Doctoribus conceſſa, 17
non comprehendunt contributiones, & onera ob bellum vel aliã neceſſitatem inevitabilẽ indicta, ut teſtantur *Imp. Receß.* dùm expreſsè neminem quocunque modo etiam immunitatem, habentem à Turcicis & conſimilibus contributionibus, immunem eſſe volunt. R. A. *d. Anno 1495. d. Anno 1550. d. Anno 1542. item 1613.* §. nach dem es nun. ubi ſemper verbotenus Geiſt- und Weltliche/ ſie ſeyn exemt oder nicht exemt, gefreyt oder nicht gefreyt/niemand außgenommen &c. *Vid. Wurmſer. Exercit. Juriſp. 6. q. 6. Ex quib. R. J.* ſatis apparet, quod & Sacra Eccleſiarum bona his tributis

ſint ſubjecta. Addatur. *l. 5. l. 7. l. 10. & ſeq. C. d. SS. Eccleſ.*
18 *c. ſi tributum 27. c. XI. quæſt. 1.* Hinc & † poſſeſſiones Eccleſiæ,
quæ aliàs gaudent metatorum immunitate, privilegio ſuo, tali
caſu privantur. (*non obſt. l. 1. C. d. Epiſc. & Cleric. c. 1. d. immunit.
Eccleſ. c. non minus 4. c. ad verſus 7. ext. eod. tit. Dn. Tabor d. metat.
p. 2. c. 3. n. 9.*) & hoc exinde, quia neceſſitas non habet legem. *c. 4.
ext. d. conſuet. c. 4. d. R. J.* & tunc omnia privilegia dormiunt.
19 *Gail. 2. obſ. 52. n. 26. Heig. part. 1. q. 18. n. 26.* Quin † & VI. Studioſi,
qui ab omni ſolutione, pedagii, aut exactionis genere, ſub gravibus pœnis immunes eſſe debent, vid. prælaudatus D. Bechmann
in *Diſp. publ. d. privileg. Studioſ. c. 7. Zæſius ff. d. publ. & vectigal. n. 18.*
abſoluto ſtudiorum ſuorum curſu aliò migrantes exemti ſunt à
20 jure Detractionis, nec † de bonis aliunde allatis, puta, in teſtamento, ſtudiis ſuis relictis, aut ſuâ induſtriâ quæſitis, gabellam Detractionis ſolvere coguntur. *Dn. Eberhard.* Speckhan
21 *Cent. 2. Claſſ. 1. q. 14. n. 12.* Quòd † adeò verum eſſe affirmat *Klock
d. Contrib. c. 15. n. 12.* ut eos, qui Academicis & Scholaſticis ejusmodi privilegium immunitatis eripere, vel quavis ratione labefactari conati fuerint, ut ſacrilegos excommunicandos, & exilio
22 deportationis ſubjiciendos ſtatuat. Sunt † autem Studioſis juvenibus hæc privilegia conceſſa, ob reverentiam Studiorum. *l.
quicquid. 5. C. d. Advoc. diverſ. jud.* Ipſum Imperatorem *in l. eorum laborem* in conſiderationem deducere non pœnitet, dum dicit; „Tantus eſt ſtudiorum labor, ut multa mereatur, amittunt
„enim ſibi chariſſimos, nempè Parentes, propinquos familiares,
„imò dilectiſſimam patriam, cujus memoriam dulcem eſſe dixit
23 *Livius lib. 5. Decad. 1.* & † tamen opus eſt patriam negligere,
ut ſapientiam quis poſſit acquirere, quemadmodum feciſſe legitur *Pytagoras*, qui adipiſcendæ doctrinæ causâ, Ægyptum petit,
Perſas, Cretam &c. *d. Plutarcho* legitur apud *Valer. Max. lib. 8.*
24 Quàm † durum autem ſit, liberos à Parentibus, à ſororibus fratres, à Chariſſimis conſanguineis & amicis, Conſanguineos, amicosque ſeparari, & experti noverunt, & jura teſtantur. *l. poſſeſſionum. 11. C. Com. utriusq. jud.* Hinc † PLATO *de Legib. dial. 5. circ.*
25
„*pr. inquit.* Cum Peregrinus, amicis cognatisque careat, majorem

rem & apud Deum & apud homines meretur gratiam & miſeri- „
cordiam : Quis non revereatur, & majoribus præmiis, ac præro- „
gativis non arbitretur eſſe dignos, eos adoleſcentes, qui ante an- „
nos curam gerentes virilem, neglectâ ſuavisſimâ patriâ, relictis „
dulcisſimis Parentibus, cognatis & amicis, totque commoditati- „
bus, ac voluptatum illecebris repudiatis, gravisſimis literarum „
Studiis impalleſcunt; cum tamen alii ferè omnes otio, commeſ- „
ſationibus, ludo, & voluptatibus ſeſe totos devoveant. Dicis. „
† Hodiè Studioſi ſunt devii, vagi, non ſtudentes, deſides & inho- 26
neſti, idcircò ea, quæ diximus, huc non quadrant, & ſic neque
privilegia illis competunt: Quaſi quod omnes nunc hujus con-
ditionis exiſtant, & olim quoque hoc hominum genus non re-
pertum ſit. vel quod his & ſimilibus voluerint concedere privile-
gia, Majores noſtri: Non † certè de his loquuntur, quos deſcri- 27
bunt laborare contra propria commoda, ſicut mulieres *(ut ait
Cy. in l. 4. C. d. ſponſalib.)* habere oculos ad feneſtras, pignora a-
pud Hæbræos &c. Verùm † homines iſti indigni, eorumque ma- 28
li mores, probis obeſſe non debent. *l. electio 26. §. final. d. noxalib.
action.* Si ſic ageretur, neque milites, neque clerici, vel alii, ulla
haberent privilegia: Quis enim ordo eſt, quæ Univerſitas vel
Reſpublica reperitur, quæ perverſis hominibus & ſuis officiis ac
prærogativis abutentibus careat? *Vid. Homt. Lucius d. privil. Schol.
in præf. n. 28. 29.* Bona † verò Studioſorum, mortuis illis, oneri 29
detractionis ſubjacent, adeoque heredibus eorum proximis, alibi
habitantibus & eò hereditatem à Studioſo relictam, transferre
cupientibus, portio recepta defalcatur. *Ratio † differentiæ* in eò 30
eſt ſita: Quod priori in caſu perſona conſideratur, tunc enim ea,
quæ acceſſoriè veniunt, gaudent privilegio clericorum: poſterio-
ri verò caſu, bona ſunt principaliter in conſideratione, hocque
caſu ſecus eſt. *gloß. in c. ſi tributum 11. q. 1. d. Decimis.* Atque † ita 31
in terminis noſtris tradit *Joh. Fridericus* Schmid/ *vol. 2. Conſil. Ar-
gent. 48. n. 74. verſ.* zu kommen auff das dritte/ *ibi:* der Studenten
Verlaſſenſchafft / wenn Sie nach ihrem Leben angetretten wird/iſt
der Schuhlsfreyheit nicht mehr fähig: Derowegen ſich die Erben
billicher Weiß des Abzugs nicht zu klagen oder zu beſchweren haben.

Sed.

32 Sed † dubio carere non videtur, in tali caſu, Cuinam Magiſtratui; An Oppidano, An verò Academico hoc jus Detractionis competat? Reſpondemus, competere Senatui
33 Academico. Cui Reſponſioni opponitur † I. Quod Peregrini, qui hereditatem à defuncto Academiæ membro petunt, nihil aliud ſint quam forenſes. Atqui in forenſes non Academicus, ſed municipalis Senatus jurisdictionem habere putatur, E. II. Quod
34 † mutatione perſonæ privilegium mutari juris theorica dicat. *l. per procuratorem. ff. d. Acquir. hered. Bart. ibid. n. 3.* Morte autem
35 perſona perit. E. Hiſce † verò non obſtantibus, prior ſententia
36 verior eſt, hujus deciſionis rationes proferri poſſunt hæ, (1) † Quia Academia Jurisdictionem ab Oppidana diſtinctam habet & poſſidet, & quemadmodum municipali Magiſtratui in ſuos cives eorumque bona jurisdictio competit: Sic quoque Academico Senatui in ſuos cives eorumque res ſit attributa Atqui decimare ſeu gabellam ſolvere eſt fructus jurisdictionis conſuetudine introductus & receptus. §. wo aber Unſre. *p. 84. Pacif. relig: Anno 55. facta* & §. und ſo viel. *p. 26. in Receſ. Ratisbon. 1594. habito.* Quocirca cum Senatus Oppidanus in bona ſuorum civium defunctorum jurisdictionem ſibi arroget, & à peregrinis civibus, de bonis iſtis, quæ exportantur, decimam percipiant: Quidni eodem jure eâdemque ratione Senatus Academicus de bonis ſuorum ci-
37 vium defunctorum decimas exigat? (2) Quod † hereditas vice perſonæ defuncti fungatur. *§. ſervus. Inſtit. d. hæred. Inſtit. §. 1. Inſtit. d. ſtip. ſervorum. l. non minus. in fin. ff. de heredib. Inſtit. l. legatum. 116. §. ſervo. ff. d. Legat. 1. l. mort. ff. de fidejuſſ.* Ideoque Magiſtratus Academicus in defuncti Studioſi ſui hæreditatem æque ac in ipſum defunctum jurisdictionem ſuam jure exerceat, & v. g. hæreditaria bona deſcribi, & in inventarium referri interim rectè
38 procuret: Imò † ſi Studioſus ſine hærede moritur in Academia, tunc ei non ſuccedit civitatis, ſed Academiæ Fiſcus. *prælaudat. D.*
39 Bechmann *dict. publ. coroll. 5.* Cæterùm † ſuperiores hæ decidendi rationes fient manifeſtiores & illuſtriores, ſi confutentur, quæ in diverſam ſententiam ſupra adducta ſunt. Proinde
40 † ad I. Dubitandi rat. Reſp. (1) In jure DETRACTIONIS non perſo-

perſonam hereditatis petentis, & auferentis, ſed perſonam defunctam & ipſam hæreditatem ſpectandum eſſe. *Hilliger ad Donell. lib. 9. c. 1. lit. T. Andr. Rauchbar. part. 1. quæſt. 15. in fin.* (2.)
Reſp. † cum Magiſtratus Academicus æque ac Senatus munici- 41
palis ſuam diſtinctam ac peculiarem Jurisdictionem habeat, certè utrumque etiam Senatum forenſes ſuos habere conſequitur, & ſic hæc objecto non oppugnat, ſed propugnat Academiam.

Ad II. Rationem Dubit. † Reſp. Non negamus, mutatione 42
perſonæ mutari privilegium, neque de privilegiis quærimus, ſed de jurisdictione & in ſpecie de jure Detractionis, cui nimirum Senatui tali caſu illud competat. Porrò † mutatione perſonæ ita de- 43
mum mutatur privilegium, ſi perſona ſit cauſa immediata privilegii. *Bald. in rubr. C. d. uſufr.* Atqui † privilegii hujus cauſa 44
immediata non eſt perſona, ſed dignitas & beneficium Principis. *d. Authent. Habita C. ne fil. pro patr.* itemque Jurisdictio Academici Magiſtratus, ut proinde theorica ea hûc perperam accommodetur. VII. Eadem † etiam immunitate gaudent Doctorum, 45
Profeſſorum, Advocatorum uxores & liberi. *l. 2. §. ult. C. d. Epiſc. & Cler. l. medicos 6. & l. ult. C. d. prof. & medic. l. ult. C. d. priv. ſchol. Magnificus Dn. D. Richter/ Ordinarius, Præſes noſtræ diſputationis Excellentiſſimus, Diſp. 2. ad d. Authent. p. (mihi) 36.* Ratio † quia alioquin mentio uxorum & filiorum, quos vivente ma- 46
rito & Patre immunes eſſe non poterat dubitari, planè eſſet ſupervacua & otioſa, quod non eſt admittendum, cum leges nihil faciant, nihilve dicant fruſtra & otioſa. *l. hac ſtipulatio. §. divus. ff. ut leg. nom. cav. l. poſtliminii. in f. de captiv. & poſtl. rev.* & quia liberi una ſunt cum patre perſona. *l. fin. C. d. impub. & al. ſubſt.* & pars corporis paterni. *l. 22. C. de agric. & cenſib.* ſortiuntur æquale cum patre privilegium. *l. fin. C. d. fabricenſ. l. fin. C. d. præpoſ. agent. in reb.* Occurrit † nobis de VIDUIS enucleanda quæſtio: An illæ 47
poſt mortem maritorum, nihilominus hâc immunitate gaudeant? Et quidem prima fronte Negativa ſententia videtur apprehendenda eſſe, quam etiam poſt Accurſium *in l. medicos. §. filiis. C. d. prof. & medic. Jacob. Thoming. deciſ. 55. n. 28.* ſequitur,

48 & defendit ſeqq. rationibus. I. Quod † nulla lege expreſſum &
deciſum ſit, viduas immunitatibus perfrui debere. *Paulus Caſtrenſ.*
49 *conſil. 330.* II. Ex † textu juris manifeſto, qui privilegiariis perſo-
nis, quoad vivunt, immunitates attribuit. *l. archiatros. in fin. C. d.
metall.* ex quo conſequitur, mortuis perſonis, quibus immunita-
tes conceſſæ erant, beneficium quoque expirare ſimul & eva-
50 neſcere. III. Huc † facit, quod munerum immunitas per-
ſonis data, cum perſonis ſimul expiret. *c. 7. d. R. J. in 6. l. ſordid.
C. de Excuſ. munerum. l. ætatem. in fin. ff. d. Cenſib. l. 1. §. 1. d. Jure*
51 *immunit. Beatus D. Ungepaur. lib. 5. Decret. tit. 33. n. 6.* Idemque IV.
† colligitur *ex rubr. C. d. muneribus. inter patr. & filium non contin.*
ex quâ intelligere cuivis promtum eſt, vacationem munerum cũ
52 Patre mortuo evaneſcere. Quibus † denique V. Dubitandi ratio
accedit: Viduas immunitates habere ex perſona maritorum, &
mariti immunitatibus perfrui, ob operam & induſtriam, quam
Reip. præſtant. E. & ipſis perſonis privilegiatis extinctis, & ope-
râ atque induſtriâ iſtarum perſonarum ſimul ceſſante, privilegia
quoque & immunitatum conceſſiones expirari & emori conſe-
quitur. Verùm etſi hæc argumenta ita ſint ſpecioſa, ut non im-
meritò aliquem movere poſſint; veriorem tamen opinionem il-
lorum eſſe exiſtimamus, qui intrepidè Affirmativam ſententiam
53 defendere allaborant; Hujus † deciſionis ratio hæc dari poteſt:
Quia illæ perinde habentur, ac ſi virum ſuum ſuperſtitem habe-
rent. *l. fin. C. de bon. matern. l. 1. §. exactio. C. d. R. U. A. l. fœmina.*
„*8. verſ. tamdiu igitur. ff d. Senatorib. Roland. à Valle Conſil. 86 n.*
„*8. vol. 2. & conſ. 15. n. 15. volum. 2.* Qui inquit: Reginam Galliæ,
„dum eſt in viduitate, Reginam vocari, & uti ac frui omnibus pri-
„vilegiis, quibus Rex ipſe dum vivebat, utebatur & fruebatur.
„Quibus congruit illud *Ambroſii lib. 2. offic. 29.* ajens: Hoc ſanè &
„diligenter obſervandum eſt, ut privilegia viduarum intemerata
54 maneant, & ſine ullâ ſerventur offenſione &c. II. Pro † hâc ſen-
tentiâ facit textus apertus *l. 3. C. de privil. Schol.* ubi non tantùm
Scholaribus, ſed eorum quoque uxoribus immunitates conce-
duntur ſive adhuc vivant earum mariti, ſive poſt mortem eo-
rum in viduitate conſtitutæ ſint: plures rationes pro hâc noſtrâ
ſententiâ adduci poſſent, ſed hæc nobis ſufficiant. His

His † non adverſantur rationes in contrarium adductæ, I 55
enim quod concernit, etſi ille ſcribit, nulla lege expreſſa viduis immunitates nominatim indulgeri, tamen (1.) dicimus & regerimus, nulla lege expreſsâ, viduis immunitates, quas habent, directè auferri vel denegari. (2.) Reſpond. legem, quæ viduis hanc immunitatem concedit, eſſe certam & expreſſam *d. l. medicos. 6. & l. quoties.* (3.) Reſp. Caſtrenſem loqui de Tributis, & ſimilibus oneribus quæ pro rebus immobilibus, quibus inhærent, ipſas quoque viduas ſubire non negamus. Denique ratio decidendi ſupra pro viduis allata, ejus eſt ponderis, ut unius vel alterius interpretatione, quantumvis Claſſici authoritate infringi nullo modo poſſit.

Ad II. † Rationem Dub. Reſp. Etſi textus *in d. l. archiatros,* 56
immunitates Archiatris, quoad vivunt, attribuit, tamen de viduis eorum ne verbo quidem uno, mentionem aliquam facit, quod autem textus non dicit, neque nos dicere debemus. Ad † III. 57
Reſpond. textus illi ſententiam noſtram magis confirmant, quàm infringunt. Quia dicunt, perſonis datas immunitates, nonniſi cum perſonis interire: Atqui immunitates, de quibus agimus, conceſſæ ſunt etiam viduis, *d. l. medicos & d. l. quoties.* E. nonniſi illis mortuis, vel quod perinde eſt, conditionem ſuam mutantibus perire debent: tùm quia diſertè oſtendunt privilegia & immunitates rebus attributas, perſonâ unâ vel alterâ diem obeunte minimè extingui. Ad † IV. Reſp. ibi non agitur de honoribus 58
& muneribus, marito, uxori, Patri ſimul conceſſis, de quibus nobis ſermo eſt, ſed tantùm de muneribus certis, quæ in perſonam Patris collata fuerunt. Denique † non obſtat V. Dubitandi ratio. 59
Hoc enim non negamus, Doctoris perſonam & operam ad immunitatum conceſſionem aliquid facere, tamen perſona ſola non eſt privilegii ejus cauſa immediata, ideoque etiam perſonâ extinctâ privilegium ſtatim non perit. *Decian. Reſp. 31. n. 63.* ſed & aliæ rationes ſunt, ob quas illis privilegia & immunitates conceduntur, puta dignitas. *l. magiſtros. C. de prof. & medic.* itemque Virtus. *Bald. in noſtram Auth. Habita C. ne fil. pro patre n. 10. in fin.* per quam Doctores etiam poſt mortem vivere creduntur. Et

Commiſeratio. *d. Auth.* quam ad viduas velut miſerabiles perſo-
60 nas piè extendere licet : item matrimonii vinculum. *regeris :* † Quod ſoluto matrimonio, ſolvatur quoque vinculum matrimonii, quod tunc maritus & uxor pro una eademque perſona haberi
61 nequeant. Reſp. Hoc † negamus, quod ſoluto matrimonio etiam ſocietas conjugalis interumpatur, quatenus ſuperſtes in viduitate permanet: Corpus quidem extinguitur, ſed animorum conſenſus manet, & vidua portio eſſe cenſetur mariti ſepulti, quæ memoriam ejus animo ſolo retinet, eumque in ſepulchro veneratur, ac ſine ſecundo potiùs vitam tranſigere, quàm vinculum & fœdus cum defuncto marito olim initum, diſrumpere cupit. *Petr. Gregor. in Syntagm. lib. 9. c. 4. n. 12.* Atque hanc ſententiam confirmat praxis & obſervantia quotidiana.

62 Sciendum † autem eſt, ea, quæ hactenus de Viduis dicta ſunt, tamdiu procedere, quousque non inhoneſtè vixerint. *l. quæ adult: 29. C. ad L. Jul. d. adult.* Et viduitatis conditionem & fori non mutant, *v. c.* ſi viduæ ad ſecunda vota tranſeant, aliique minoris dignitatis, vel alterius jurisdictionis ſubjecto nubant. *l. 8. ff. d. Senat. l. 13. C. de dignitat. l. cum te. 10. C. d. Nupt. Hunn. ad au-*
63 *thent. Habita. p. (mihi) 62.* Tunc † enim priori dignitate & privilegio privatæ, poſterioris mariti ſequentur conditionem. *d. l. 13. C. d. Dignit. Beatus Dn. Walther d. Statu & privil. Doctor. c. 15. §.*
64 *105.* Valdè † quippe indignum eſſet ejus honoribus, mulierem perfrui, & fulgere, quem ſprevit, cujusque animam, ut ait Juſtinianus, contriſtavit & malè affecit. *l. non tamen. §. nos igitur. de Nupt. Col. 4. D. Siehmann ſpecul. Imp. Rom. c. 8. num. 107.* VIII.
65 Liberis † exteris, in Parentum bonis, turbato mortalitatis ordine hæc Detractio remittitur. *Magnificus Dn. Præſes, Doctor meus omni obſervantia molimine deveneranaus, tract. ad l. ult. C. d. Edict. div. Hadr. toll. p. 143. ubi elegans præjudicium hanc in rem affert.*
66 Ratio † videtur eſſe, quia hereditariorum bonorum reſpectu, quæ per ſucceſſionem ab heredibus exteris tanquam aliena acquiruntur, hæc gabella exigitur. Quæ certè in liberis ceſſat. *l. 1. C. d. imponend. lucrat. deſcript.* quos *Cujacius 25. obſ. 4.* rectè appellat Dominos minores, domeſticos heredes. *§. ſui autem. Inſt. de hered.*

qual.

qual. & diff. immiſcere ſeu retinere, non verò adire hereditatem.
l. 2. §. ult. ff. d. bon. libert. gloſ. in c. paſtoral. 28. in verb. quaſi de lucro. de Decimis. Ubi † autem nulla eſt hæreditas, ibi quoque lo- 67
cum habere nequit Detractio. Atqui quando liberi Parentibus
ſuis ſuccedunt, ibi nulla eſt hæreditas. *l. in ſuis. 11. ff. d. lib. & poſthum. l. qui in aliena. 6. §. interdum. ff. d. Acquir. vel amitt. hæred. Rauchb. quæſt. 15. n. 15. E.* IX. Pari, † Parentes, luctuoſam hanc 68
portionem. *l. 28. C. de inoff. teſtam.* & duræ fortunæ ſolatium. *l. 4. in fin. C. ad SCt. Tertull.* percipientes, gaudent immunitate. *Maulius de Homagio c. 10. n. 39. Berlich. d. concl. 52. n. 24.* Iniquum † e- 69
nim eſſet, liberorum obitu, ſatis afflictis Parentibus hujus præſtationis afflictionem addere, *gloſ. ad l. 14. d. off. Præſid. Reyger theſaur. juris verb.* Abſchoß. *n. 7.* Dixi: *ſatis afflictis Parentibus*. Enimverò † alii naturaliter inveniri non poſſunt, quorum amori & fi- 70
delitati, fidi poſſit tutiùs, quàm Parentes; Illorum enim pectoribus penitiſſimis ab ipsâ naturâ Charitas liberorum eſt inſita. Hinc egregiè *Ovidius*:

> Et patrio Pater eſſe metu probor, aſpice vultus „
> Ecce meos, utinamque oculos in pectore poſſes „
> inſerere, & patrias intus deprendere curas. „

Nec † reperitur affectio ulla, quæ iſtam, in liberos ſuperet Chari- 71
tatem, pietatemque paternam. *l. cum furioſus 7. in pr. C. d. Curat. furioſ.* Ea vis eſt *στοργῆς φυσικῆς πρὸς τὰ τέκνα*, ut Parentes magis liberis, quàm ſibi eſſe velint: Et amor à naturâ, hominibus inſitus, deſcendit magis quàm aſcendit. *Senec. de Clem. lib. 1. c. 14.* Hinc etiam filius meliorem amicum invenire non poteſt, quàm Patrem, ut, inquit *gloſ. in l. quidam. 46. in verb. inſtituere. ff. de hæredib. Inſtit.* inprimis hodierno tempore: Sunt † enim mortalium 72
plerique falſi, occulti, callidi, turpes animos ſub dolà modeſtiâ tegunt; & ſimplex ille candor, & candida ſimplicitas unà cum Aſtræa terras nunc ferè reliquerunt. Hinc Auguſtin. Mundus quanto blandior, tanto eſt periculoſior; nam cum arridet, fallit, & periculosè decipit. Et *Chryſoſt. in dialog. 1. d. ſacerdot.* Difficile tempus eſt, & multæ ſunt inſidiæ. Nam ſinceritas dilectionis periit, & in ejus locum ſucceſſit peſtifera calumnia

73 X. Conjuges † ſiquidem ſi mortuo alterutro conjuge, ſuperſtes
bona ſua illata, vel portionem ſtàtuariam percipit, & aliò migrat,
gabellam hanc ſolvere non tenetur, veluti *in Conſuet. March. part.*
1. tit. 8. §. 20. cautum eſt his verbis: Das überbleibende Theil/ da
es gleich das Gut behält/ und aus den Gerichten zeucht/ iſt Abſchoß
zu geben nicht ſchuldig/ dann es nicht Erbe der Kindergelt/ ſondern
ſein eigen Gut behält und weg nimmt. *Scheplitz d. l.* XI. Immuni-
74 tatis † privilegio inveſtiuntur Pauperes, hos enim dura premit
quotidiana neceſſitas, dietim quippe laborantes pro quotidiano
victu quærendo. *Gail. d. arreſt. Imp. c. 9. n. 20.* adeò ut illorum o-
pera ac induſtria vix alimentis ſufficiant: *textus eſt elegans in L.*
cura. 4. §. inops. 2. ff. d. muner. & honorib. hujus autem detractio-
nis Gabellæ ratione patrimonii indicuntur, quapropter ſi iſti e-
migrantes nullum habent Patrimonium, ibi nec hujus gabellæ
exactioni locus relinquitur, cum non entis nullæ ſint qualitates,
nulla accidentia. *l. ſi Titio. 22. quando. dies leg.* Et inanis ac prorſus
nulla ſit actio, quæ ob adverſarii inopiam effectum non ſortitur,
l. nam is. 16. ff. d. dolo. Unde frequens & ſolenne Germanis diverbi-
um: da nichts iſt/ da verliert der Kayſer ſein Recht. Eoque perti-
net, quod in Conſtit. Imperii, inopiæ rationem habendam eſſe
ſtatuatur, atque hinc eſt, quod non ſteriles res poſſidentes ob ſte-
rilitatem, quaſi paupertatem de iis rebus gabellas ſolvant. *L. for-*
ma. ff. d. Cenſib. Mynſ. Reſp. 1. n. 30. Decad. 15. Vid. Cornel. Beninca-
75 *ſius d. privil. paup.* Deniquè XII. Quicunquè † ita inter ſe pa-
cti ſunt invicem, ut alter in alterius ditionem emigrans, ab hâc
gabella ſit immunis, *arg. l. 23. ff. d. Reg. Jur.*

SECTIO VI.

IN QUIBUS BONIS JUS DETRACTIONIS LOCUM HABEAT.

SUMMARIA.

1. Continuatio.
2. Omnia bona triplicis generis eſſe.
3. Bona mobilia quid ſint.

4. Quæ

4. *Quæ immobilium appellatione veniunt.*
5. *media bona Quænam?*
6. *proponitur Quæſtio* An nomina & actiones, mobilibus; an verò immobilibus bonis annumerandæ?
7. *Variant Doctorum opiniones.*
8. 9. *Quæ noſtra ſit opinio, videre eſt.*
10. *mobilia bona omnia, hanc præſtationem incurrunt:*
11. *etiam illa, quæ extra domicilii territorium ſita ſunt.*
12. *limitatio.*
13. Quid obtineat in mediis iſtis bonis? *diſquiritur.*
14. *Nos Affirmamus & illa Detractioni ſubjacere.*
15. *uſq; 19. Rationes Dubitandi adferuntur.*
20. 21. *Rationes decidendi.*
22. *uſq; 26. Reſponſiones ad rationes dubitandi.*
27. *Gabella hæc, ſeu Quota, non ſolvitur* von ungewiſſen Schulden:
28. *Nomina certa ſaltem & exigibilia in Inventario deſcribi debent.*
29. *Movetur alia Controverſia:* Ob Nachfriſten zu vernach-ſtewrn.
30. *Doctores non conveniunt.*
31. *Nos negamus.*
32. *Statuta & conſuetudines, debent juri & rectæ rationi convenire,*
33. *Jus Statutarium Nördlingenſe quid hâc in re obtineat?*
34. *Hujusmodi præſtationi ſubjacent bona immobilia, in loco domicilii ſita.*
35. *Etiam de legatis hæc gabella detrahitur.*
36. *limitatur hæc aſſertio.*
37. Cui hæc Detractio ſuſtinenda, an heredi: an legatario, *controvertitur?*
38. *Reſpondemus diſtinguendo.*
39. 40. *priori caſu heres hanc gabellam præſtare tenetur, quia ſecundum voluntatem teſtatoris facere debet.*
41. *Poſteriori verò caſu legatarius.*
42. *Ratio hujus deciſionis adfertur,*
43. In mortis causâ donatis quid obtineat?

44. *uſq;*

44. usq; 47. malè porrigitur hoc jus Detractionis ad dotem, ob rationes in medium allatas.

1 POſt † tractationem de PERSONIS, quæ ſc. hanc gabellam im-
ponere poſſunt, & quæ ejus exactioni ſubjiciuntur; item quæ
ſint immunes. Ulteriùs ſi progrediamur, jam RES nobis ve-
niunt diſpiciendæ, in quibus ſcil. hoc jus DETRACTIONIS lo-
2 cum habeat. Omnes † certè res, omnia bona, quæ in patrimonio
poſſidere unusquisque Paterfamiliâs poteſt, triplicis ſunt gene-
3 ris: Mobilia, immobilia, & media. Mobilia † bona noſtro idio-
mate germanico fahrende Haab/bewegliche Güter/Fahrnüß/quid
propriè ſint, *ex l. 77. d. Leg. 3. l. 1. ff. d. Ædil. Edict. l. 1. ff. d. R. V.*
l. 3 §. Nerva. l. 30. §. item quod mobil. ff. d. acquir. vel amitt. poſſ. l.
15. §. 2. d. Re Judic. l. unic. C. d. Uſuc. transf. l. 13. C. d. Serv. & aq. l.
4 *93. d. V. S. & ibi ex Gœddeo* ſatis apparet. Nec † minori perſpi-
cuitate; quæ immobilium (Unbewegliche Güter/ was Erd und
Nagel feſt iſt) appellatione veniunt. *Gothofred. ad l. 6. §. 1. in pr. C.*
d. ſecund. Nupt. & l. 2. C. ex quib. c. ceſſ. long. temp. præſcript. do-
5 cet. *confer. D. Struv. Diſſ. π. 3. θ. 81. 83.* Media † bona ſunt actio-
nes & nomina debitorum, germ. außſtehende Schulden. quæ in-
corporalia ſunt, neque motus illis addi aut negari poteſt; Quæ
6 An † immobilibus, an verò mobilibus rebus annume-
randæ ſint, arduam & elegantem dubitationem habet?
7 Quidam † illa indiſtinctè reponunt inter bona immobilia. *And.*
Tiraquell. d. retract. lignag. §. 1. gl. 7. verb. ou aut res choſes. Alii,
inter bona mobilia referunt. *Matth. Coler. deciſ. 59. n. 1. 2. 3.*
8 Nos † communi Dd. ſuffragante ſententiâ reſpondemus,
ad neutrum horum propriè referri, ſed per ſe conſtituere certam
& ſeparatam ſpeciem. *l. Cajus. 86. in pr. d. Legat. 2. l. 15. §. 2. & §.*
8. ff. d. Re judic. l. 7. §. in pecul. 4. ff. d. pecul. l. 78. §. 1. de Legat. 3. l.
3. ff. pro ſocio. l. 1. C. d. prætor. pignor. Gail. 2. obſ. 11. n. 9. quomodo
etiam pronuntiatum tradit *Nobiliſſimus Dn. Hahn in obſ. Theor.*
9 *Pmtt. ad SCt. Trebell.* Quod † ſi tamen ratione ſubjectæ materiæ
ad certam aliquam ſpeciem redigenda, actiones ad mobiles no-
bis competentes, mobilibus annumerari, pro immobilibus verò
com-

comparatas ad res immobiles referri exiſtimamus, *arg. l. liberto. 21. §. Lucius 3. ff. d. ann. leg. junct. l. ult. π. d. contrab. emt. add. Gail. d. l. n. 11. & Webner obſ. pract. verb.* Nachſteůr. Cujus diſtinctionis ratio hæc eſſe poterit, quod qui actionem ad rem habet, ipſam rem videatur habere, latè *Cardinal Tuſch. pract. concl. lit. A. concl. 108.* Quoties enim duo ſic ſe habent, ut de uno proveniatur ad aliud, tunc diſpoſitum in uno, cenſetur etiam diſpoſitum in alio.
Deſcriptis hiſce juribus, PRIMO † Mobilia omnia ſive in loco 10
domicilii, ſive extra illum ſita, hanc præſtationem incurrunt: Ea enim ſemper Domini perſonam ſequuntur, ita ut mobilia ejus jurisdictioni obnoxia ſint, quem Dominus Magiſtratus agnoſcit. *Bald. in d. l. mercatores. C. d. commerc. & mercat. Gail. 2. obſ. 124. n. 18. Modeſtin. Piſt. Conſ. 31. Vol. 1. quæſt. 5. n. 50.* Ut † ſi quis *Nörd-* 11
linga, utpote loco domicilii, moriatur, & mobilia alibi, puta *Noriberga* relinquat, eô caſu decimæ portio de bonis iſtis mobilibus, non ad Magiſtratum *Noribergenſem*, ſed ad *Nordlingenſem* pertinet, usque adeò ut quantumvis *Nördlinga* jus DETRACTIONIS in Uſu non eſſet, tamen *Noriberga* Detractio omninò ceſſaret, fulcit hanc deciſionem *l. 35. §. 3. & ſeqq. d. hered. Inſtit.* ubi apertè dicitur, res ad aliud territorium translatas, ut ibi perpetuò non ſint, pertinere ad patrimonium domicilii ejus, qui tranſtulit.
Quam † tamen ſententiam limitamus: ſi ſcil. defunctus nullum 12
certum fixumque domicilium habet, ut quam plurimi reperiuntur, veluti ſunt Nobiles vagabundi, ſcribæ, miniſtri, famuli Doctorum &c. Eorum enim ſuppellectilis, bonorumque mobilium, quæ ſecum portant, Detractio, ad Magiſtratum mortis pertinent: Si nihil ſecum habent, ad Magiſtratum illius loci ubi mobilia inveniuntur. *Berlich. d. concl. 52. n. 71. 72.* Quæ autem mobilium appellatione continentur, ex ſupra citatis Legibus apparet. An verò ultra ſuppellectilem domeſticam, puta catenas aureas, armillas, annulos, Gold/Silber/Edelgeſtein/ Kleinodien/ pannum linteum, veſtes, frumentum, &c. quæ omnia appellatione mobilium venire ſcribit *Specul. in tit. d. fruct. & intereſſe, verſ. ſed pone Prælatus.* hîc etiã contineatur pecunia parata vulgò Baarſchafft/ Baargeld; (quam Peregrinus ſecum portat) a-

deoq; de illa, debita port°o ſit defalcanda, quæſitum me-
mini? Quod Affirm. arbitramur. Tùm quia mobilium appel-
latione continentur illa, quæ de loco ad locum moveri poſſunt:
At textus juris noſtri Romani pecuniam ſuâ naturâ eſſe mobilem
expreſsè firmant textus *Novell. 22. c. 45. verſ. ſi verò univerſ. Auth.
hoc niſi. C. d. ſolut.* Et mobilibus Legatis etiam pecuniam paratam
cenſeri legatam, in terminis tradunt *Cravett: conſil. 934. n. 3. Me-
noch. conſil. 407. n. 5. & 8.* Tum quia plurimorum locorum idio-
mate, ut Saxonico, Marchico &c. fahrende Haab omnia bona
mobilia denotet. *Vid. latiùs Erneſt Cothmann. reſponſ. 48. vol. 4.
n. 34.* qui hanc Quæſtionem pereleganter movet, & fretus autho-
ritate Ampliſſimæ Facultatis Juridicæ, ſuper ſimili facti ſpecie,
Affirmativè decidit. Atque hoc, in rebus mobilibus expeditum
13 eſt, *vid. Berlich. d. Concl. 52. n. 67. 68. 69.* Sed † quid dicen-
dum de mediis iſtis bonis, puta nominibus, actionibus,
& pecuniis ſub penſionibus in alterius territorio expoſi-
tis. (von außſtehenden Schulden und Rentgeldern in ande-
rer Obrigkeit Gebieth.) Utrum & illa Detractionis oneri
ſubjaceant, & cujus bono cedant? Quæſtio hæc ob diſcre-
pantes Dd. opiniones ſatis difficilis eſt: Alii enim negant: Alii
14 affirmant: Alii aliter atque aliter diſtingvunt. Nos † ſine ullo
diſtinctionis fœdere, Affirmantium ſententiæ ſubſcribimus, pro
quâ etiam non unius, ſed trium collegiorum (in quibus Viri ſpe-
ctatæ gravitatis, Prudentiæ, Doctrinæ & experientiæ aſſident) de-
ciſiones & res judicatas extare & militare teſtatur Schwanmann
d. tr. c. 3. n. 29.

15 Pro ratione Dubitandi adduci poteſt I. † *l. fin. d. jurisd. omn.
jud. & cap. fin. ext. d. Conſtitut.* in quibus textibus dicitur, quod
extra territorium jura municipalia, ſeu jurisdictionem ſuam ex-
tendi nemini ſit conceſſum: Proinde cum Jürisdictio radix ſit
impoſitionis collectarum, & ea in alio territorio deficiat, ſequi-
tur, exactionem hujus gabellæ Detractionis deficere. Nam̃ limi-
tata cauſa ſemper producit limitatum effectum, *l. ſi irrogatur. ff.
d. adoptionib. l. arg. C. d. Trãnsactionib.* Quam ſententiam latè

con-

confirmat *Mynſinger* 5. *obſ.* 19. *Gail.* 2. *obſ.* 124. Obſt. II. Quod † nomina dicantur eſſe de bonis illius territorii, ubi eorum ex actio de jure & facto fieri poteſt, per text. *l.* 47. §. 2. *d. admin. tutel.* & *l.* 100. *de ſolut.* h.e. de loco eô ad quem ſolutio deſtinata eſt, & ubi debitor degit, & efficaciter ſine ullâ tergiverſatione conveniri poteſt. *Jacob. Schult. in add. ad Modeſt. Piſtoris Quæſt.* 124. *n.* 131. III. † Hûc facit *l. ſi unus.* §. *pacta quæ, verſ. ante omnia. ff. d. pact. l. fin.* C. *de hered. act. gl. in l.* 3. *ff. pro ſocio.* ubi actiones expreſsè dicuntur etiam adhærere oſſibus debitoris, nec ejus perſonam egredi. IV. Ratio †. dub. deſumitur *ex l. Cajus.* 68. *d. Leg.* 2. ex quâ colligunt, nomina debitorum nusquam eſſe in loco. E. nec erunt in loco, ubi ſtatutum hujusmodi viget, vel defunctus domicilium habuit. Et V. Poſito, quod ſint in loco, nomina tamen ſeu actiones inhærere dicuntur iſti loco, in quo contractus eſt celebratus: per ea quæ recenſet *Jacob Schult. d. l. n.* 132. *ſeq.* Denique † VI. Quod Debitor id, quod mihi debet, magis ipſe poſſidet, quam Ego. *l.* 13. §. 15. *d. pet. hered.* Cur igitur nomina non magis ex debitoris domicilio æſtimabuntur? Hi ferè ſunt textus, qui pro contraria ſententia in medium adduci poſſunt.

16
17
18
19

Verùm his non obſtantibus, noſtra opinio longè verior eſt, quæ I. confirmatur † exinde, quia bona illa media loco non 20 circumſcribuntur, ſed æſtimantur ex perſonâ creditoris, ac dicuntur eo in loco eſſe, ubi creditor domicilium habet. *Vid.* Knipſchild *d. l. n.* 33. II. Corroboratur † hæc opinio. Quia Actio quæ 21 pro nominibus datur, Perſonæ velut character fidei noſtræ tenacisſimè inhæret. *gl. in l.* 3. *pro ſoc.* ab eaque ſeparari non magis poteſt, quàm anima à corpore. *l. quis ergò caſus.* 16. & *ibi gloſ. in verb. in omnib. de Peculio. l.* 3. *verſ. actiones apud te. C. d. nov. at. Dom. Card. Tuſch. tom.* 5. *pract. concl. lit. N. concl.* 62. *n.* 4. III. juvat hanc ſententiam textus eximius *l. ſi fideic.* 50. §. 1. *de judic.* & *l. fin. verſ. quid enim prodeſt. C. d. præſcr. long. temp.* ubi dicitur, quod æs alienum non ejus ſit loci, ubi exiſtit, ſed hereditatis & univerſarum facultatum. *Andr. Rauchb. Quæſt.* 17. *n.* 1. *Gail.* 2. *obſ.* 124. *n.* 18. 19.

His ita firmatis, Rationes dubitandi quod concernit, † ad 22 I. Reſpondemus, quod illud ſit accipiendum de rebus immobilibus, vel ſolo cohærentibus, ac annuis reditibus, qui immobilium

loco habentur. *Dd. in l. jubemus. C. d. SS. Eccleſ. Mynſ. cent. 1. obſ. 69.* ac de mobilibus, quæ perpetui uſus cauſâ ſunt alieno in territorio. *l. 1. 2. & ibi Dd. C. d. V. S. l. ex facto. §. rerum. d. hered. inſtit. l. debitum. de pignorib. l. 89. d. legat. 3. conf. Hartm. Piſtor. obſerv. ſingul. 55. n. 5. ibi* ſo ſern dieſelben *deſtiniret*, daß ſie ſtets da bleiben ſollen. Et his caſibus rectè mobilia & immobilia extra territorium jacentia DETRACTIONI juri non ſunt obnoxia, ſive ſtatuta in rem, ſive in perſonam concepta ſint, nullo enim Imperii aut jurisdictionis actu comprehenduntur, ſed propriè legi illius loci, ubi ſita ſunt, ſubjacent. Schwanmann *d. l. c. 3. n. 24. Gail. 2.*
23 *obſ. 124. n. 8.* Ad II. ℞. † illam procedere tantùm quoad præſcriptionem fori, *per l. 50. §. 1. de judic.* ſecus verò, ſi agatur de ſucceſſione creditoris, tunc nomina dicuntur de jurisdictione ejus loci, ubi creditor domicilium habuit. Nos autem hîc non loquimur de exactione ipsâ faciendâ, vel judicio inſtituendo, ſed de ſucceſſione Creditoris. Nec infringit noſtram ſententiam
24 textus III. loco † citatus. Nam verum eſt illud, ſi paſſivè intelligatur; non autem quando de jurib. & nominibus activis agitur. *Vid. Caſp. Klock. de Contribut. cap. 11. n. 74.* qui latiùs ad text. obſt. reſpondet, & alios Authores adducit. Quò lectorem breviatis ſtudio remitto; Neque enim inſtituti mei ratio permittit Authoritates Dd. ab aliis recitatas coacervare, & ex allegatio-
25 num pompa, inanem gloriolam aucupari. Nec IV. † deſtruit noſtram ſententiam *l. 68. d. Leg. 2.* Reſp. enim, circumſcriptivè quidem nomina non eſſe in loco, ſed cum hæreditas peregrino, vel forenſi defertur, hereditati quoque iſti inſunt nomina, tàm iſtic quàm alibi exiſtentia, ac ſi civis aliò domicilium ſuum transferat, perſonæ alligantur, ut proinde utroque caſu, ob illam rationem, Magiſtratui hæc portio rectè perſolvatur: Et nulla ratio eſt, cur bonis legatis, quæ in loco non circumſcribuntur, legato contineri debeant: à diverſis igitur non rectè fit illatio. *Everhard*
26 *à Middelb. in Loc. à ſeparatis* &c. Ad † V. & VII. Dub. ration. cum ſint leves, reſponſuri ad eas in conflictu.

Sic quoque, quod Nomina, juri Detractioni ſubjacere dixi-
27 mus, id hanc interpretationem accipit: Niſi † Nomina & Debita ſint Incerta, extingvibilia & exigibilia. *Vid. Alvar. Valeſc. in praxi*

praxi 45. partit & collation. c. 8. n. 12. ubi † docet ea nomina tan- 27
tùm in inventario deſcribenda eſſe, de quibus reperiuntur Sche-
dulæ, Chirographa, vel inſtrumenta juridica, in domo defuncti;
Quâ ratione hujusmodi nomina non facilis Exactionis haben-
tem non ſolvendo dixit. *Math. Coler. tr. d. proc. Execut. p. 1. c. 6.*
n. 146. In diſquiſitionem commodè porrò venit, intricata atque
confragoſa Quæſtio: † Ob Nachfriſten zu vernachſtewren / 28
quando emigrans, Detractionis quotam jamdum ſolvit?
Et † quamvis etiam de hâc Quæſtione diſcrepantes inter inter- 29
pretes reperiantur opiniones; veruntamen omnibus maturè per-
penſis, Negativa † ſententia optima nobis viſa eſt. Hoc enim 30
facto ſi quis ſolvit pretium migrationis, die Nachſtewer / non am-
pliùs tenetur ad onera. *Gail. 2. obſ. 36.* Nam exigere collectam eſt
actus juriſdictionalis, qui exerceri non poteſt in non ſubditum.
Quod procedit, etiamſi quidam emigrantes von Nachfriſten
quotam ſeu gabellam ſolviſſent: Alteri ſiquidem per alterum
non debet iniqua conditio inferri. *l. 74. ff. d. R. J.* nec res inter
alios facta alteri obeſſe, nocere vel præjudicare: *l. 155. d. R. J. l. 5.*
§. 5. ff. d. op. nov. nunc. Imò ille ipſe, qui aliquando præſtitit, non
cogitur in futurum: cum actus noſtri etiam voluntarii non ob-
ligent ultra quàm geruntur. *Burſat. Conſil. 16. n. 83. & ſeq.* Ex quo
conſequitur, daß man Nachfriſten nach erlegten Abſchoß zu ver-
ſtewren nicht ſchuldig. Dicis ita quidem res ſe habere Jure com-
muni, ſed ſecus eſſe jure municipali nach Stattrecht: quocirca
hæc ſententia non attendenda. Verùm quicquid ſit, licet una
atque altera Civitas reperiatur, quæ von Nachfriſten (de quibus
etiam per 10. 20. 30. annos nullum intereſſe datum fuit,) detra-
ctionis gabellam exigere non erubeſcant, prout J. municipali
poſſunt, tamen minus rectè: † Conſuetudines vel Statuta enim 31
niſi cum rectâ ratione conveniant, & Reipublicæ ejusque com-
modo ac utilitati inſerviant, nulla eſſe teſtatur *Brunig. d. Var.*
Univ. ſpecieb. concl. 53. Et licet inſignia Fiſcus habeat privilegia.
Speidel. ſpec. jurid. Polit. hiſt. lit. F. n. fiſcus. eò tamen extendi jura
fiſci nequeunt, ut locum habeant in calamitate hominum, ut
naufragio, ex quo quæſtum colligere non licet. *l. ult. C. de nauf.*

quid enim iniquiùs, quàm ex re calamitoſa, emolumenta capere. *t. t. C. d. naufrag.* ex alieno fletu riſum conciliare? *Math. Stephan. l. 2. p. 1. c. 7. n. 273. d. juriſdict.* Alia farinæ hujus ſtatuta & conſuetudines non dicam irrationabiles. *Carpzov. ad L. R. c. 9. ſect. 1.*
32 *n. 12.* † Noſtrum jus Statutarium Nordlingenſe (hoc in caſu contrarium ſtatuens, ſc. Nachfriſten pro dimidia parte ſaltem accipienda, & ſic de illa Quotam ſolvi vult,) omni æquitati ac ratione ſuffultum eſſe, nemini niſi vacui prorſus capitis hominem ne-
33 gare poſſe, arbitramur. SECUNDO. † Eædem præſtationi ſubjacent bona immobilia ſita in loco domicilii defuncti. *Jacob. Schult. in addit ad Modeſt. Piſtoris Q. 85. n. 5. part. 2.* TERTIO. De
34 † Legatis etiam ejusmodi gabella ſ. decima rectè deducitur. *Köppen deciſ. 6. n. ult.* etiamſi ad vitam duntaxat, vel ad uſumfructum uxori aliisque perſonis, vel alimentorum causâ relictum ſit. *gloſſ. l. hereditatum. 68. ff. ad L. Falcid. in l. cum hi. 8. §. ſi integm. 4. ff. d. transact. Dom. Card. Tuſch. tom. 4. pract. concl. d. l. G. concl. 4. &*
35 *6. n. 12.* modò † legatum non ſit recompenſativum. *Berlich. d. concl. 52. n. 46.* vel Studioſis ad continuanda ſtudia delatum: Speckhan *cent. 2. claſſ. 1. q. 14. n. 12.* Vel Eccleſiæ, & generaliter quodvis legatum ad pias cauſas relictum. *Tiraquell. d. privil. piar. cauſ. priv. 26. n. 2.* Vel in annos ſingulos relictum ſit, pro hoc enim, utpote conditionali, gabella non ſimul & ſemel, ſed ſingulis vicibus de anno in annum ſolvitur. *Dn. O. P. Zepper Diſc. d. jurid. continens nucl. 10. controv. mater. tit. 8. n. 59.* Hoc locô, (ratione legatorum) magnis altercationibus agitata inter JCtos oritur Diſpu-
36 tatio: † Utri horum hæc Detractio ſit ſuſtinenda, heredi,
37 an legatario? Res † Diſtinctionis incudi ſubmittenda eſt: Aut enim teſtator (qui legatario 2000. legavit) diſertè & expreſsè diſpoſuit, quod legatarius legatum liberè & absque onere, frey und ohne beſchwehrt conſequi debeat: aut de mente illius plane non
38 conſtat. Priori † caſu, hæres hanc gabellam Detractionis præſtare tenetur & non legatarius: Quia hæres, ſecundum voluntatem teſtatoris omninò facere; & quicquid ei à defuncto injunctum eſt, exequi tenetur. *l. 19. l. 37. d. condit. & demonſtr. Dn. Ungep. tur*
39 *Exerc. 11. q. 2. in Ajo. fol. (mihi) 250.* (2) fulcit † hanc ſententiam text. *l. uſufr. 52. d. Uſufr.* ubi tributa tùm præterita quàm futura,

quæ

quæ ſc. poſt conſtitutum uſumfr. indicuntur, ab herede danda
ſunt, ſi ita teſtatori, fideic. nomine probari poteſt, & ita Wür-
tenbergenſes pronunciaſſe refert *Rauchb. q. 16.*

Poſteriori † verò caſu, ſi de teſtatoris mente non conſtat, 40
ſed legatum ſimpliciter ſit relictum, extra omnem controverſiam
eſt, nō hæredi, ſed legatario, fortè peregrino, incumbere, ut de re-
legata hanc quotam pendat. *Beſold. theſ. pract. verb.* Abſchoß. *§. at
verum peregrinus.* 1. Quia † Dominus commodum ſentit. 2. De- 41
tractio hæc in odium peregrinorum recepta, & perſonæ magis
quàm rei impoſita eſt. *Magnif. D. Carpzov. in jurispr. part. 3. conſt.
38. def. 20.* Sed ſi hanc gabellam non legatario, ſed heredi impo-
ſueris, incolam & civem peregrini odio & onere prægravaberis:
Quid verò iniquiùs quàm detractionis onere gravari eum, qui
aut omninò nihil, aut tàm exiguum quid lucratur, cujus ad tàm
grande onus nulla eſt proportio. *l. 94. §. qui teſt. fac. ff. d. Leg. 1.
conf. l. 41. §. 1. l. 114. l. 149. ff. d. R. J.* III. Quia Dominus onera ferre
debet. Atqui Legatarius Dominus fit ſtatim à die mortis teſtatoris.
l. 80. ff. d. leg. 2. Arn. de Reyger theſ. jur. verb. Abſchoß *n. 2.* Inſuper
cum quælibet res tranſeat cum ſuo onere. *l. 3. C. d. ſerv. & aqua. l.
5. C. d. bon. præſcript. l. 3. C. d. ſent. paſſ. & reſtit.* etiam per conſe-
quens legatum in tantum, ut legatario pro parte legati onus re-
cuſanti, integrum legatum auferri poſſit. *l. etiamſi patris. 111. d.
Leg. 1. l. qui tutelam. 28. d. teſt. tutel. Rauchbar q. 16. n. 5.* & ita pra-
cticari teſtatur *Cardinal Tuſch. d. l. concl. 6.* Et hæc in legatis ob-
ſervantur: Sed † an etiam in mortis causâ donatis jus De- 42
tractionis locum habeat, non ineptè hîc quæritur. Quod
Negamus. *Vid. Berlich d. concl. 52. n. 58. Gomez. var. reſol. c. 4. n. 6.
Didac. Covarruv. ad rubr. ext. d. teſtam. part. 3. n. 2. ſub fin.* Ratio-
nem decidendi nobis ſuppeditat Jacob Cujac. *lib. 2. ad Afric. in l.
ſi filiof. 23. ff. d. mort. c. don. in med. verſ. in odioſis donatione causâ
mortis &c. fol. (mihi) 394. & lib. 3. obſ. 17. ſub fin.*

QUARTO † jus hoc DETRACTIONIS à quibusdam porrigi- 43
tur ad Dotem & veſtes feſtivas mulierum, quæ extra territorium
nubunt: *Ratio † illorum potiſſima eſt:* Quia conferri poſſunt & 44
debent. *l. 1. §. ſed caſtrenſe. ff. d. Collation. l. 1. & t. t. C. d. coll. dot.*

& ita

& ita res hereditariæ, de quibus aliàs detractio fieri aſſolet, exi-
45 ſtunt. *Köpp. deciſ. 6. n. 6.* Roſenthal *de feud. c. 5. concl. 34.* Quod † tamen rectiùs improbat *Waremund. ab* Ehrenberg *d. ſubdit. regn. Beſoldus d. Ærario c. 4. n. 14. verſ. Æquiùs* Schwanmañ *d tr. c. 3. n. 16.* Tùm quia cauſa ſtudii & dotis æquiparantur. *Bart. in l. dotis cauſa. 1. ff. ſol. matrim.* Tùm quia cauſa dotis eſt pia. Eleganter *Jaſon in l. cum is qui. §. mulier. ff. d. Condict. Indeb. n. 1. & 2.* ſupra au-
46 tem diximus, quod in his cauſis Detractio locum non habeat. E. etiam in Dote. Quod † enim in uno ſtatuitur, hoc etiam in altero obtinet, quia æquiparatorum idem eſt judicium. *Magnificus Dn. Præſes Diſp. 5. fol. (mihi) 77. ad authe. Habita. C. ne fil. pro pat.* Sic & in Hiſpania ex rebus in dotem datis, ſive æſtimatæ ſint ſive non, Gabella vel Alcavella non ſolvitur. *Vid. Gutierez d. Gabell. q. 72. n. 6. ut & in Marchic. conſ. teſt. §. 18. ibi:* Wann ein Vater oder Mutter ein Kind außſtewren/demſelben an Ehgeld und ſonſten allerley zuſagen/aber ehe es verleget/ geſtorben/ iſt daſſelbe Kind von dem zugeſagten Ehgeld/ Nachſtewer zu geben nicht ſchuldig/ ob es wohl ehiſt aus dem Erb bezahlt würde.

Sectio VII.

QUIBUS MODIS IMMUNITAS AB HAC GABELLA AMITTATUR.

SUMMARIA

1. Continuatio.
2. Immunitas ab hâc gabella amittitur PRIMO renunciatione.
3. Quilibet juri & favori ſuo poteſt renunciare.
4. Unico actu contrario immunitas non tollitur.
5. declaratur exemplo.
6. ſingulares perſonæ, non poſſunt per contraventionem renunciare privilegio Univerſitati conceſſo.
7. SECUNDO abuſu *hoc immunitatis privilegium amittitur.*
8. Intereſt Reipubl. ne quis re ſuâ malè utatur.
9. Quando Privilegia conceſſa ob delictum amitti queant.
10. Committitur delictum per Ingratitudinem.
11. 12. TERTIO immunitas hæc amittitur, quando ceſſat cauſa, *per regulam vulg.*

13. 14.

13 14. 15. Illuſtratur hæc regula uno atq; altero exemplo.
16. QUARTO tollit immunitatem Principis revocatio:
17. 18. 19. Ultima cauſa immunitatem deſtruens eſt Mors *tàm naturalis quàm civilis.*

CUm † de PERSONIS & REBUS, quæ immunitatis privilegio 1
inveſtiuntur ab hâc DETRACTIONIS gabella, ſuprà pro ratione inſtituti noſtri, ut opinor, ſatis dictum ſit, efflagitat ordo, ut ad modos amittendi immunitates tranſeamus. Amittitur autem prædicta perſonarum & rerum immunitas PRIMO
Renunciatione †, quæ fit vel tacitè, per actus immunitatis con- 2
trarios, vel quando expreſſis verbis quis profitetur, & mentem ſuam palàm declarat hoc privilegio impoſterum ſe amplius uti non velle. *l. ſi quis 1. ff. qui in jus voc. l. ſed & 4. §. quæſitum. ff. ſi quis caut. in jud. c. dil. Et. extr. de foro competent.* Quia jure hoc fundatum
eſt, ut † quilibet juri & favori ſuo pro ſe introducto renunciare 3
poſſit *l. ſi jud. 41. ff. d. minorib. l. ſi quis. 29. C. d pact. l recuſari. 59. ff. d. Acquir. hered. Broncborſt. Enantinoph Cent. 1. quæſt. 41.* Dixi-
mus autem in plurali numero Actus. Unico † enim actu contra 4
rio, immunitas effectum ſucceſſivum, & actum reiterabilem continens, non tollitur. *Gail. 2. obſ 60. n. 11.* niſi longiſſimo tempore, puta 40. annorum ſpacio præſcribatur. *text. in c. ſi de terra. & in c. accidens. extr. d. privil. gloſſ magiſtral. ibid. in verb. per 40. annos. vid. B. Dn Ungepaur in Comment. ſup. Decretal. lib. 5. tit. 33.*
Sic † Studioſus exportandæ hereditatis gabellam ſolvens, licet 5
unum præſtet actum contrarium, & eò ſibi præjudicet, ut ſolutam gabellam, ad quam vigore dictorum ſuperius non tenebatur, repetere non poſſit: in ſimilibus tamen caſibus, alio tempore contingentibus, immunitatis privilegium prætendere nihilominus poteſt: Quod ſimiliter procedit, etiamſi multi Studioſorum Gabellam ſpontaneè ſolverint, eo enim non obſtante, alius Studioſus datâ occaſione immunitatis privilegio gaudet,
quia † ſingulares perſonæ non poſſunt per contraventionem re- 6
nunciare privilegio, Univerſitati conceſſo. *Gail. 2. obſ. 60. n. 14.*
SECUNDO † Abuſu. *c. privilegia. &c. ſuarum. ext. d. privileg.* 7

 Quando

Quando immunis ab hâc gabella, ſub ſpecie ſuæ hereditatis alterius hæreditatem exportat, *arg. l. 9. C. d. SS. Eccleſ.* agit enim contra finalem immunitatis cauſam, quæ eſt, ut ipſe ſolus, non
8 alius, hoc jure utatur. *l. 11. C. d. judæis. l. fin. C. d. ſpect.* Et † facit hûc quod Reipublicæ intereſſe dicatur, ne quis re ſuâ malè utatur. *§. Dominorum. Inſtit. d. his qui ſui vel alien. jur. l. 2. ff. eod.* quod cumprimis locum habet in iis, quæ quis ex aliena gratioſa conceſſione per gratiam & privilegium habet. *Boër deciſ. 304. n. 7.* addens pro generali ratione, quod ſubſtantiâ ac Dominio malè utens ſe indignum iis reddat, immò fraudem etiam in ea delictum quaſi
9 committat: ob † delictum autem privilegia & immunitates amittuntur. *Gail d. arreſt. c. 10. n. 13.* puta, quando privilegiatus, vel contra eum, à quo ei privilegium conceſſum eſt, vel in ipſum privilegium aliquid committit, quia illi indigni ſunt legis beneficio, qui in legem committunt. *l. 9. 37. & ff. d. minor. ibique Weſembecius*
10 *ad π. n. 5.* Hoc autem pluribus modis contingit, inprimis † ſit Ingratitudine, quâm grave autem hoc delictum ſit, patet ex *l. generaliter 10. C. d. donat. revoc. Cui accedit l. patronorum. 1. ff. de jure Patron.* in quâ vel multæ ingratitudinis pœnæ recenſentur, unde etiam libertatem ob ingratitudinem revocare Patrono licitum eſt. *l. alimenta. 6. §. 1. ff. d. agnoſc. vel al. lib.* & Parentibus liberos ob illam exhæredare non denegatur. *in Novell. 115. c. 3.* & ad ſummam. Quod ingratitudo maximè ſit vituperanda, teſtatur etiam tritum Germanorum proverbium: Undanck iſt das gröſſe Laſter. *Cammerar. Hor. ſubciſiv. cent. 1. c. 2. & cent. 3. c. 57. jung. Pa-*
11 *normit. c. fin. extr. d. donat.* Præterea † TERTIO expirat hæc immunitas, ſi ratio finalis, ob quam collata eſt, ceſſat: Regula enim eſt, quod Ceſſante causâ finali immunitatis, ſimul deficiat ejus effectus. *l. Geometra. 22. ibi: donec curam gerunt. l. Athletas. §. gentium. ibi: quoad in præſidiatu ſint. ff. d. Excuſat. Tutor. Sixtin.*
12 *d. Regalib. lib. 1. c 6.* Nam † hoc ſemper cum jure convenit, ut privilegium, quotiescunque etiam illud ſit, alicui ex qualibet causâ conceſſum tamdiu duret, donec deficiente causâ etiam interficiatur. *c. ceſſante. extr. d. appell. l. 1. C. d. Condict. ob cauſ. l. 1. in fin. ff.*
13 *de Donat. Gail. 2. obſ. 85. n. 3.* Hinc † ſi Doctor relictâ penitus ſuâ functio-

functione, extra vocationis ſuæ metas verſatur, ſordida & vilia tractet, puta, ſi ad mercaturam, negotiationem & cambia ſe convertat, hoc ipſo privilegio ſeſe quaſi exuit, cum hoc ipſum Dignitati & prærogativæ, quæ confertur Doctoribus; ratione lecturæ & aliorum munerum publicorum, non conveniat, per ea quæ refert *Magnif. Dn. Præſes Diſſ. ult. ad dict. Authent. Habita p. (mihi) 115.* Nam † & indulgentiâ Principis, milites non gaudent privilegiis, 14
qui militiam non continuant. *l. fin. C. d. Adv diverſ. jud. l. penult. C. d. teſtam. milit. l. 1. l. 3. l. fin. C. eod. Donell. 6. comment. 21. Gail. 2. obſ. 118. n. 13.* quô † exemplo & in Scholaſtico receptum eſt, ſi va- 15
gus & de relictis ſtudiis vitam degat, ceu exauctoratum cæterorum privilegiis uti non poſſe. *Hunnius ad Authent. noſtram Habita. p. (mihi) 17.* procedit enim argumentum à milite ad Studioſos, *arg. l. 14. ibiq; Dd. c. general. ibi: non devagantes. 16. q. 1. c. gloria. l. ſi duas. in fin. d. Excuſat. Tutor. l. 1. C. d. Tyron. l. ſemper. §. penult. d. jure immun. l. 1. C. de Collegiat. vid Quirinus Kubach cent. 3. dec. 8. q. 5.*

QUARTO † tollit hanc immunitatem Principis voluntas & 16
Authoritas, uno verbo Revocatio. Licet enim Princeps abſque injuſtitiæ crimine privilegia levi & non dignâ de causâ tollere non poſſit, ſi tamen juſtæ, publicamque utilitatem reſpicientes cauſæ eum moverint: abſque conſcientiæ & famæ violatione, immunitatem & privilegia revocare ipſi licitum, nec ab æquitate alienum eſt; cum omnibus in commune, ſi neceſſitas exegerit, conveniat, publicis utilitatibus obedire, & detractionis ſolutionem ſine dignitatis privilegio celebrare, *arg. l. 1. C. d. nav. non excuſ. junct. l. 2. C. de quib. mun. nem. ſe. excuſ. lic. Enenckel. d. privileg. lib. 3. c. 8. n. ult. & c. 9. n. 2. 3.* Quæ revocandi licentia tamen limitari poteſt, ſi immunitas firmata ſit juramento, quod fortiùs frenum animæ injicit, quàm nuda promiſſio. *Reink. d. R. S. & Eccl. l. 1. cl. 3. c. 9. n. 35.* Omnem pœnitentiam excludit. *Everhard. in Topic. loco à vi juramenti n. 40.* & vim clauſulæ omni meliori modo habet. *Myns. 5. obſ. 59. n. 2.*

Ultima † cauſa immunitatem hanc deſtruens, eſt Mors per- 17
ſonæ, cui hoc conceſſum, quippe quæ omnia ſolvit, (ut loquitur *Novella 22. c. 20.*) ita quoque in privilegio, puta in illo, cujus cau-

ſa proxima eſt, perſona, ad quam immediatè venit, vim ſuam ex-
18 ercet. Non † autem hoc ſolùm mors naturalis operatur, ſed & de
morte Civili hoc vindicari poteſt, quia quoad effectum illas inter
ſe æquiparari ex jure conſtat. *l. 1. §. 8. ff. d. bon. poſſ. cont. tab. l. 65.
§. 12. ff. pro ſocio. l. 5. ff. d. bon. damn.* De morte naturali, *vid. l. 1. §.
2. d. Conſt. Princip. l. 1. §. 42. ff. d. aqua Quotid. l. cum patron. 28. ff.*
19 *d. leg. 2. l. 68. l. 169. ff. d. R. J.* Morte † Civili amittitur vel relegatio-
ne, deportatione, Bannio, item ad Triremes condemnatione &c.
Vid. Mynſ. 1. obſ. 90. Gail. lib. 1. d. Pac. publ. c. 12. n. 3. c. 16. n. 24.

SECTIO ULTIMA
QUOMODO IPSA DETRACTIO TOLLATUR.

SUMMARIA.

1. 2. Tollitur jus Detractionis transactione & pacto.
3 4 proponitur caſus, & ex eo Quæſtio: An ſc. retorſio h. c. locum habeat.
5. uſq; 8. adferuntur rationes Dubitandi.
9. uſq; 14. Rationes decidendi.
15. uſq; 22. Quæ illuſtrantur exemplis.
23. 24. 25. 26. Reſponſiones ad rationes Dubitandi.

REſtat nunc ut pauca ſubjiciamus de Fine JURIS DETRACTI-
1 ONIS, ſc. quomodo illud tollatur. PRIMO † tollitur pacto
reciproco unius Magiſtratus cum alio Magiſtratu: da die Obrig-
keit ſich vergleichen einen freyen Zug gegen einander zu haben. Cu-
jusmodi pactum Sereniſſimum Ducem Würtembergicum cum
quibusdam Civitatibus Imperialib. als Nördlingen Wimpfen/
Lindauw/ iniiſſe teſtatur Knipſchild *d. jurib. & privileg. Civit. Im-*
2 *perial. d. l. n. 22.* SECUNDO † Transactione, ſi ſubditi hoc no-
mine cum Domino territorii tranſigant; ut videlicet liberè, quo-
cunque velint, emigrare poſſint, daß ſie einen freyen Zug haben
mögen/ ut etiam ſubditos Ducatus Würtemb. feciſſe meminit
3 *Beſold. d. verb.* Abſchoß. Quid † autem ſi ſtatuto vel conſuetu-
dine ſpecialiter hâc de re cautum nihil ſit, an ibi detractio vale-
bit, v. g. fingamus obiter caſum. Mortuus eſt aliquis *Noribergæ*,
inſtituto herede *Brunſvicenſi*, ubi obtinet hæc defalcatio: Hic

dum

dum bona hereditaria *Brunſvigam* transferre parat, Senatus *No-*
ricus, ubi hoc jus planè ignoratur, gabellam bonorum heredita-
riorum à Cive exigit, obtentô illo jure retorſionis. An † igitur 4
retorſio ejusmodi locum hîc habere poſſit, in contro-
verſia eſt? Pro ratione dubitandi facit I. Quod dicitur † in R. 5
A. *de Anno 1555.* wo aber/ibi: gegen ziemlichen Abtrag der Nachſteur
wie es eines iedes Ortes von alters hero üblich hergebracht und gehal-
ten worden iſt, item *d. An. 1594.* §. und ſo viel. 28. Quib9 textibus ex-
preſsè cavetur, unius cujusq; loci inveteratam conſuetudinem &
antiquam obſervantiam debere attendi; unde conſequi videtur,
ubi nunquam recepta hæc gabella, ibi quoque non poſſe propter
conſuetudinis & obſervantiæ defectum eam prætendi. Opp. II.
† Renneman. *p. 2. th. 39. d. J. retorſ.* Quod legibus ſeu Jurispru- 6
dentiæ Romanæ, hoc retorſionis jus planè ſit inviſum & incogni-
tum. III. Quod † retorſio ejusmodi realis ſit executio, in pro- 7
priâ causâ contra non auditum & non defenſum, immò ultio, ad-
eoque jure non admittenda. *l. nullus 24. C. d. Judæis & Cælicol.* Id-
que IV. † juris principium alterum non lædere *§. 3. Inſt. d. J. & J.* 8
efflagitare videtur, quippe nemo odio alterius gravandus. Sed
hiſce non obſtantibus, Affirmativa omni jure verior eſt, obtinet
† enim hîc regula juris, in ipsâ æquitate fundata: Quod quis- 9
que juris in alterum ſtatuerit, eo & ipſe uti debet. *Ulpian.*
l. 1. ff. h. t. Quis † enim aſpernabitur idem jus ſibi dici, quod ipſe 10
aliis dixit, vel dici effecit. *Magnific. Dn.* Richter/*Præſes noſtra Diſp.*
Cent. regularum juris 89. p. (mihi) 258. conf. l. 14. ff. d. pact. l. 59. ff.
d. admin. tut. l. 15. verſ. quia quod alium facient. ff. ſi ſervit vindic. l.
38. verſ. porrò cum ff. d. Condict. Indeb. l. 17. ff. d. Evict. add. Scotan.
Diſputat. n. 13. th. 1. Quæ † aſſertio non ſolùm jure Civili, ſed & 11
jure Canonico, *per c. juſtum. verſ. nec in ſe poſſe damnare jura. diſt. 9.*
c. cum omnes. 6. extr. d. Conſtit. c. pro illorum 22. §. quia verò. verſ.
cum legem nobis imponere. extr. d. præbend. (æquiſſimam juris ra-
tionem indigitans) eſt fundata. Immo † ipſum jus divinum re- 12
torſionis fulcimentum ponit: *Math. 7. 12. Luc. 6. v. 31. Tobiæ 14.*
verſ 16. Hinc † Oldendorp. *Claſſ. 1. act. 1. inpr.* hanc omni jure 13.

„ſtabilitam regulam afficit elogio: Miſerrimum noſtræ levitatis in
„tractando jure exemplum eſt, quod hanc divinam agendi formu-
„lam; quam Deus ipſe viva voce nobis præſcripſit, nemo dignetur
„in ordinem aliarum admittere : cum tamen ſit æquiſſima, & o-
14 mnium humanarum functionum regulatrix. Et † quamvis ſta-
tuta, quæ civitates ſibi peculiariter condere poſſunt; in ſe conſi-
derata ſint juſta : attamen cum derogent juri communi, non ſine
ratione retorſio contra illa loca, quæ particularibus hujusmodi
juribus vivunt, conceditur. *D. Struv. Diſſ. Inaug. d. Vindict. pri-
vat.* ubi ſimul fundamentum retorſionis firmiſſimum ponit, jus
devium à jure communi, & inæquitatem inter unius Reipubl. ci-
15 ves inducens. His † ita firmiter poſitis, operæ pretium duximus,
ſi pro illuſtrandâ hâc noſtra ſententiâ, tum Edictum ipſum : Quod
Quisque juris &c. tùm praxin hodiernam, uno atque altero exem-
16 plo corroboremus & illuſtremus. Et † primum quidem quod
ipſum Edictum illuſtrat, exemplum occurrit *in l. 17. C. ſi cert. pet.*
ibique Bald. *in addit. tit. E.* quod tale eſt : Si judex minus ſolen-
nia inſtrumenta ad probationem admiſit; viciſſim contra judi-
cem in ſimili causâ, poterunt invalida inſtrumenta produci. *Con-*
17 *fer. Jaſon. ad d. l. 1. quod quisq; juris n. 9.* Alterum † eſt Bartoli
ad d. l. 3. §. 5. d. t. ex eoque *Philippi Decii* ibid. volentis, ut ſi quis
impetravit ex nudo pacto actionem, alius ex nudo pacto agere
18 poſſit contra impetrantem. Item † ſi Magiſtratus præſcriptio-
nem juſtam poſtulanti non dederit, non dabitur quoque illi, ſi
quandoque finitâ adminiſtratione ab aliis conventus fuerit, ſed
non habitâ ratione præſcriptionis, creditoribus ſuis ſatisfacere
compellitur. *Weſenb. in π. hîc. & Dn. D. Frantzkius Comm. ad π.*
19 *d. t. n. 5.* Luculentiſſimum † autem omnium *ex l. 7. C. d. Reſc. Vend.*
ſumitur, nimirum qui à contractu emtionis perfecto reſilit, non
ægrè feret, ut alter ſecum contrahens, eodem in ſe jure utatur,
quod ſibi adminiſtrari poſtulavit. Poſſemus nullô negotio mul-
ta alia in medium afferre, *ex c. 6. extr. de Conſtit. & textu 2. Feud.
33.* quæ tamen brevitatis causâ hîc ſigillatim non enumero. Ad-
eundi ſunt Felinus *ad d. c. 6.* & Vultejus *lib. 2. d. feud. c. 3. n. 6.
& 7.*

& 7. quibus junge Donellum *lib. 14. Comm. Jur. Civil. c. 21. ibiq; Hilligerum.* Inter hodiernæ praxeos exempla, principem meretur locum illud † Carpzovii *lib. 1. Juriſpr. Conſiſt. tit. 8. def. 134.* 20
Quando ſc. Magiſtratus Pontificius, decimas paſtoribus Evangelicis debitas, è ſuis territoriis non permittit; tunc Magiſtratus Evangelicæ religioni addictus, decimas è ſuo diſtrictu Pontificiis concedendas rectè recuſat. Ad † conſimilem modum, quia Ad- 21
venæ in Angliâ à ſucceſſione Collateralium excluduntur: meritò etiam Anglis à Civitate Germanorum, in quâ ſucceſſio collateralium obtinet, hereditas non defertur. *Jacob Schult. Quæſt. pract. part. 1. q. 6.* Ita ex juris retortione *Bohemis* non datur adſpirare ad hereditates in Saxoniâ, quandoquidem in Bohemiâ Saxoniæ incolæ ab omni hereditate arcentur. *Jacob Thoming. deciſ. 26. num. 6.*
Haud † diſpar ratio liberarum Imperii Civitatum, quæ nulli ex- 22
terorum hereditatem è bonis ſuorum civium permittunt absque certa detractione, idem igitur jus ut ab exteris retorqueatur, ſubterfugere non poſſunt. Quare concludendum omninò eſt, ut caſu contingente, tàm Civis Noribergenſis Brunſvigæ, quam Civis Brunſvicenſis Noribergæ, ad Detractionis Gabellam ex jure retortionis teneatur. (*Vid. Hartm. Piſtoris obſ. ſingul. 43.* Qui hâc de re cum *Thomingio* prolixam & elegantem diſceptationem inſtituit.) Atque ſic in dicaſterio hujus Salanæ m. Martio Anno 1625. Dnn. Conſiliariis Schvvartzburg. zu Arnſtadt reſponſum fuit: ibi: Solte das Gräffliche Erbe in die Graffſchafft Hanaw/ oder Hohenlohe verwendet/ und dero örter/ do man daſelbſten des juris retortionis und abzuggeldes ſich Obrigkeit wegen gebraucht/ es alſo gehalten worden: So wäre Hochwohlgedachten Graff Günthers Gn. ſich ſolches juris retortionis gegen den obſiegenden Theil/ auch zu gebrauchen in Rechten nachgelaſſen/ und ſo viel an gedachten örtern üblichen abgezogen wird/ gleichesfalls abzukürtzen und einzubringen befügt. V. R. W. Simile Reſponſum refert Magnificus Dn. Præſes ad

requiſitionem Theodori Bradfiſchs/ Schönfelds Vor-
münder zu Briſſen Rechbergk Gerichtshalters menſ. Febr.
23 Anno 1633. Quod brevitatis ſtudio, præterimus. Nec †
officiunt, quæ pro Dubitandi ratione adducta ſunt: Ad I. Reſp.
Illa in ſe vera eſſe, quando videlicet civis ab uno loco, in quo hoc
jus Detractionis non eſt receptum, ad alium, ubi idem ſimiliter
non obtinet, ſe confert: hic verò comparativè ad alium locum,
ubi jus Detractionis viget & exercetur, contra civem alterius loci,
agitur, quô caſu etſi Detractionis jus non ſit receptum, ex lege
talionis uſurpari poſſe, ut in præcitatis Conſtitutionum texti-
bus non negatur: ita etiam locum habere exiſtimamus, ob ratio-
nes præfatas, & ne cæteroquin ditiones vel Civitates cum alia-
rum Civitatum detrimentò locupletentur, hâcque ratione ma-
gna inæqualitas cum damno boni publici inducatur. Ad II. Reſp.
24 † Si non expreſsè & explicitè; implicitè tamen ex LL. illud con-
25 ſtare & probari poſſe. Nec † refringit noſtram ſententiam III.
Dub. Ratio *ex l. 24. C. d. jud. & Cælicol.* deſumta: ibi enim eſt ſpe-
cialis caſus in perſonis ſc. judæorum, ob rationem in ipsâ L. alla-
tam, qui ſanè ad noſtrum caſum extendi non poteſt, propter ra-
26 tiones allatas ſupra in Rat. Deciſ. Denique ad IV. Reſp. † Regu-
lam quidem utriusque juris notiſſimam eſſe & firmisſimam: ne-
minem alterius odio prægravari debere. *c. 22. d. R. J. in 6. l. 74. d. R.
J.* Verùm iſta locum habet & procedit: niſi aliud aperto jure
cautum & inductum ſit, prout in noſtro caſu, ſiquidem lex etiam
dura obſervanda eſt. *l. 12. ff. qui & à quib. manum.* Cæterùm quia
ubique in hâc materiâ cautum eſt, hanc gabellam pendi debere
prout ſingulis locis ab antiquo uſu receptum obſervatumque eſt,
wie es eines jedes Orts von alters hero üblich hergebracht/ und ge-
halten worden iſt/ non inconveniens inſtitui poſſet diſceptatio.
Quodnam dicatur tempus de antiquo? verùm quia pagellæ præter
opinionem excrevêre, atque temporis ratio hanc ipſam ventilare
non admittit, remitto B. L. *ad* Schwanman *dict. tract. c. 6.* qui
27 latè hâc de re agit. Ego † autem contraho vela & anchoram
figo, videor enim ſecundis ventis & obſtetricante improbo labo-

re

re portum appuliſſe. Vale L. B. & iſtas quas de JURE DETRACTIONIS tibi examinandas, exhibui theſes, *favore tuo dignare*, in quibus etiam, ſi quid bene aut quod non diſplicet, dictum, ſupremi id numinis munus agnoſco; ſin malè, meæ imbecillitati & juventuti æquo animo condonabis. Quod ſupereſt, jure meritoque non *Palæmoni* aut *Melicertæ* Deaſtrorum alicui, ſed UNI IMMORTALI DEO, quod facilem curſum dederit, adeoque cœptis noſtris benignè aſpiraverit, aram pono, memor quoque iſtius: ἰδὼν τὸ πῆμα τὴν θεῷ χάριν δίδου.

MANTISSÆ
Loco vacanti paginæ tumultuariâ operâ hæc adjiciantur.

Ex Jure Civili.

I.

MAritus abſuit per Decennium: reverſus domi, puerum invenit unius anni: diſquirit Ulpianus *in l. 6. d. his qui ſui vel alien. jur. ſunt*, an iſte ſit filius mariti? Quam Quæſtionem non eſſe Domitianam, defendemus.

II. Mirum non eſt, ex legitimo matrimonio ſpurium naſci.

III. Si Marito injuria facta fuerit, uxori facta non videtur: niſi illi tale convicium objiciatur, quod neceſſariò etiam uxoris injuriam involvat, & ipſius pudorem pertingat: v. g. ſi quis Maritum *Cornutum* einen Hanrey appellaret, quin ipſi quoque uxori injuria facta videatur, eique actio injuriarum competat, nulli dubitamus.

Ex Jure Canonico.

I. Jure civili, natis ex damnato coitu, ne quidem alimenta à Parentibus debentur, quem tamen rigorem, Jus Canon. Cui ex communi Dd. ſententia ſtandum, ſuſtulit. *c. 5. ext. d. eo qui duxit in matrim.*

II. Jure Civili nuſpiam reperitur, quod duorum conjugum corpora in eodem ſepulchro ſint reponenda; ſed J. Can. hoc præcipitur, ob rationem hanc; Quod quos DEUS conjunxit, ho-

 mo

mo ſeperare non debeat. *c. 2. Ebron. c. ſeq. 13. q. 2.* Quid verò ſi Mulier plures habuerit Maritos?

Ex Jure Feudali.

I. Sicut ex Sponſa genitus, etiam non interveniente benedictione Sacerdotali, rectè in feudo ſuccedit: ita legitimatus per ſubſequens matrimonium, per verba inveſtituræ für ſich und ſeine Ehlichgebohrne Leibes Lehn Erben/ à ſucceſſione removeri non poteſt.

II. Licet Vaſallus defunctus juraverit pro ſe & ſucceſſoribus (daß Er und ſeine Erben/ deme Lehnherrn trew und hold ſeyn wellen) nihilominus ſucceſſores ejus tenentur juramenta fidelitatis præſtare.

III. Filius contra patrem, Dominum feudi injuſtè lædentem, juſtè arma induit: quáquam ſatis durum & inhumanum videtur.

Ex Jure Publico.

I. Imperator imperii ſtatus ita vocare ad Comitia poteſt, ut ſub certâ pœnâ perſonaliter compareant.

II. Quod verba illa pacificationis, bey poën des Landfriedens/ rectè ſint referenda etiam ad Imperatorem, extra dubitationis aleam poſitum eſt, ita ut ipſe Imperator teneatur ad pœnas pacis publicæ, ſi, (quod tamen non præſumitur,) contra faciat.

III. Civitates Imperiales & liberæ, non tantùm conſultandi, ſed etiam votandi Jus habent in Comitiis.

Ex Conſtit. Caroli V.

I. Quando Reus eſt convictus, licet crimen confeſſus non ſit, tamen ſententia condemnatoria contra ipſum eſt ferenda. *Cui nō obſtat artic. 16.*

II. Per artic. *121. Ejusd. Conſtit.* ſublata eſt *l. cum qui. 18. C. ad L. Jul. d. Adult.*

III. Qui filias vel uxorem ſuam, turpis quæſtus causâ ad libidinem explendam alii turpiter proſtituunt, etiam ultimi ſupplici pœnâ affici poſſunt.

Aut

*A*VT *æquare potes pol! aut ſuperare parentem*
Inſignem (meritò quem nunc Nördlingia veſtra
ſuſpicit, & gaudet ſic fulgere Conſule tanto).
Ecce fidem! rurſus Themide applaudente, cathedram
Calſacis egregiè. Mox Me ſponſore *Tiaram*
Sarranam accipies, lætus patriamque redibis.

Ita Genere & virtute Nobil. Dno. Autori amicè gratulat.

Johann Volk. Bechman/ D. & deſignat. Academiæ Rector.

PUblica dum rurſus conſcendere pulpita tentas,
conatum laudo, perge juvante Deo.
Perge, Themis nobis quos nectit ſolvere nodos,
ſpondeo, percipies commoda larga ſatis.

Honoris & benivoli affectus c. f.

Præſes.

IGnea vis mentis gliſcit, ſimul ardor in amplum
diffuſus Juris ſpatium penetralia luſtrat.
Fallor? an illuſtri. Patriæ certisſima ſpes eſt,
vividus ut fulgas juſti Dictator & æqui.

Præ-Eximio Dn. Reſpond. de præclaro eruditionis ſpecimine gratulat.

Severus Chriſtoph. Olpius;
Prof. Publ.

Doctiſ-

Doctiſſimo atque Pereximio

DN. HEINRICO GOTHOFREDO GUNDELFINGERO LL. Cultori perſtrenuo,

Fautori & Amico ſingulariter dilecto ac honorando. de Jure Detractionis publicè diſputaturo

*E*St templum Themidos Legumlatricis in alto,
Vertice Parnaſſi: tentant hunc ſcandere multi,
Adſcendunt pauci. nam cum lentare fuiſſet
Hos ſatius pede feſtinant properante, ſatisq́;
Et nimium ſibi jam ſolida ſurpſiſſe videntur
Artis opus. tamen ô pepones & mente carentes,
Undoſum hoc pelagus non exhauritur in anno!
Gundelfingerus *melius ſapit; ordine recto*
Scandit ad Aſtrææ per celſa cacumina ſedem.
Utibiles linguas reſponſaq́; priſca Sophorum
Jure-q́; Conſultûm cor, corpus *mente ſagaci*
Nocturnâ verſaſſe manu, verſaſſe diurnâ,
Princeps cura tibi fuit, eſt, & erit quoq́; ſemper.
Hæc tu vera negas? Sed eò mihi vera magis ſunt;
Quò quis doctior eſt, eſt hoccè modeſtior idem.
Hocq́; vel hinc paret, dum nunc ad Juris amuſsim
Monſtras, an poſsint civilia fœdera linqui
Sumtibus absq́; ullis: Et monſtras (herclè) ita doctè,
Ut (licet inficieris & hoc) ſis dignus ut omni
Liber in Acceſſu ſis liber in emigratu.

Gratulatur

Juſtus Engelbertus Hoyer/
J. U. Cand.

F I N I S.

JA 1 152175